



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Clavis Aurea Thesauri Partheno-Carmelitici, Sive
Dissertatio Historico-Theologica, Referans atque
Exponens Antiquitatem & originem, confirmationem ac
propagationem, beneficia ac privilegia, gratias & ...**

Paulus <Ab Omnibus Sanctis>

Viennæ Austriæ, 1669

Pars Secunda. De altero Partheno-Carmeliticæ Confraternitatis beneficio,
Privilegio scilicet Bullæ Sabbatinæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64293](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64293)

PARS SECUNDA.

De altero Partheno-Carmelitica Confraternitatis beneficio, Privilegio scilicet Bullæ Sabbatinæ.

CAPUT I.

De Privilegij Sabbatini Sodalitio Mariani SCAPULARIS concessi origine.

81.

MARIA
forma DEI
jure nuncupatur:
& quare?

Quanta sit
ejus beneficentia ac
misericordia?



DEIPARAM Augustissimam DEI formam nuncupari posse, scripsit illustrissimum Ecclesiæ hujus AUGUSTINUS: idq; jure meritò, meo judicio inter puras quippe creaturas ratione utentes, nulla prorsus est, quæ divini Numinis perfectioni majori studio, pluribus absolutioribusque limamentis in se expresserit; maximeq; bonitatem ac misericordiam, quàm illius naturam atque opus magnus LEO asseruit. Quicumque enim beneficentissimæ ac liberalissimæ Parentis genium contempserint, necessariò confiteantur oportet, affirmari de ea posse, quod de DEO optimè asseruit Seleuciensis Antistes Basilius, *Orat. serm. in Adamum*: Eum videlicet velut parturientem magnificentia sua mœnosa, & habere clausum penes se thesaurum impotentem, non esse contentum prioribus, neque rebus ante dilargitis dona sua circumscribere, ac bonitatis suæ imbre posterioribus donis priora obscurare.

Possit ille Marianæ beneficentiæ genius innumeris testibus exemplis, atque experiencijs demonstrari: quis enim est aut fuit, quàm, Regiæ hujus potentissimæ, benignissimæq; obsequijs vel modicè addictus, qui quod de ea asseruimus, expertus non sit? At præsentem unum Carmeli Ordo, ac Sodalitium sufficere, ut eam magnificentissimæ Parentis suæ, cujus gloriosissimo titulo insignitus est, solutissimam perfectionem demonstret.

Vidimus in superiori hujus Operis Parte, quàm eximio dono ac beneficio serenissima cæli Regina sacrum Scapulare S. SIMONIS confite-

conferendo, Carmeli Ordinem ac Sodales munificentissimè affecerit, non multis decursis annis dono ac beneficio posteriore (Privilegio scilicet Sabbatino) eidem Ordini ejusq; Sodalitio collato, prius donum, si non obscuravit, profectò plurimum illustravit. Nec satis fuit admirandæ beneficentiæ ejus, suis Filijs ac Confratribus parthenium contulisse habitum, ut ijs esset in hac mortali vita *Signum salutis, Salus in periculis, & fœdus pacis ac pacti sempiterni*; nec suffecit ab innumeris animi & corporis, maximèq; malæ mortis protegere periculis; neque satis fuit à veris hujus vitæ malis, culpis scilicet eos liberare, verum etiam à pœnis alterius in purgatorio solvendis, eximere voluit; cum immensa misericordissimæ Matris beneficentiâ hujus exilij cancellis comprehendi nequeat.

Hæc sanè tanta est, ut ultra vitam nostram se extendat, & ad ipsum terræ centrum, ad purgatorium, ad inferos usque pertingat, ac penetret, animasq; suorum Sodalium teterrimis carceribus detentatas, acerbissimis cruciatibus excarnificatas, & præsentia sua, & Angelorum ministerio blandissimè consoletur, nec diutius illic persistere patiatur, sed quantocyus inde, velut potentissima Domina, totiusq; Universi Regina, nequicquam stygijs illis larvis frementibus eripiat. Si enim, ut *Proverb. 10.* ait Sapiens, *omni tempore diligit, qui amicus est, & frater in angustijs comprobatur.* Multò magis amabiliissima, pijissimaq; Virgo Filios ac Sodales sibi devotos, eo infelicissimo potissimum tempore diligit, dilectionemq; suam opere demonstrabit, eum eos atrocissimis expiatorij ignis flammis amburi, crudelissimisq; supplicijs plecti conspiciat. Tunc tunc tantis in angustijs, tantis in calamitatibus, ac cruciatibus misericordissimam Matrem sese esse comprobat. Tunc ei cor velut cera, illorum tam acri incendiorum igne, quodammodo liquefcit: tunc omnia effusissima ipsius pietatis commoventur viscera: tunc affectum illum, quem Mater aliqua, dum filium in fornace inter incensissimas flammâs vivicumburio torqueri conspiciat, ostendit. Si enim vera est sententia S. Cyrilli asserentis: mallet quilibet viventium usque ad finem mundi cruciari pœnis, quas omnes homines ab Adam hucusque pertulerunt, quam die uno in purgatorio morari: quo tandem animo misericordiæ Matrem in suos Confratres esse oportebit, dum eos tantis tamq; intollerandis

82.

Quousque
sefe illa
extendat?

Quanta
sint purga-
torij tor-
menta?

crucia-

eruciatibus vexari animadvertit. Hinc est, quod illis novo, mirando, & eatenus inaudito privilegio, misericordissime succurrere voluit.

In quo consistat sabbatinū privilegiū?

83.

DEIPARA Joanni XXII. Pontif. apparet, ut privileg. sabbatin. publicet.

Hoc verò in eo consistit, quod sanctissima Virgo promissimas eorum, qui habitum suæ Religionis gesserunt, vel Confraternitatem ingressi fuerunt, suis continuis intercessionibus, pijs suffragiis, & meritis, ac speciali protectione adjuvare, ut Sabbato eorum obitum è pœnis purgatorij liberentur. Voluit autem hoc privilegium universæ Ecclesiæ innotescere per supremum ejus Prælatum ac Pastorem, ab eoq; publicari & confirmari. Quod sic accidit, referunt Authores.

Cum aliquando JOANNES XXII. DEIPARAM Virginem, cui singulari devotione addictus erat, flexis genibus deprecaretur, illa se ei in visu exhibuit, & ab adversarijs immunitatem, atq; liberationem, aliaq; prædixit ac promisit; hac tamen conditione, ut privilegium illud adjutorij animarum post mortem, quo Fratres ac Fratres suos afficere statuerat, confirmaret, & Ecclesiæ proponeret. Paruit ille Virginis sanctiss. voluntati: primo enim, seu sexto, vel volunt alij, Pontificatus sui anno, memor mandati DEIPARÆ neq; recepti ab ea beneficij ingratus Bullam dedit Avenione anno 1317. vel juxta alios 1322. die 3. Martij, in qua recensitis DEIPARÆ apparitione, colloquio ac privilegio Fratribus ac Confratribus Ordinis Carmelitarum concessio, privilegium illud (ut GREGORIUS XIII. in suo diplomate loquitur) publicavit, corroboravit ac confirmavit. Atq; hæc est privilegij, seu Bullæ Sabbatinæ, à Sabbato potissimum effectum hujus privilegij præfatæ animæ consequentis sic dictæ, origo. Quam nullo non deinceps sæculo, ut infra docemus, summi Pontifices suis Apostolicis diplomatibus confirmaverunt.

Ciaconius in Vita Joanni an. 21. disti 22. Quis fuerit Joannes XXII.

Fuit præfatus JOANNES successor CLEMENTIS V. dictus ante Pontificatum Jacobus De Ossa, natione Gallus, patria Caturcensis Episcopus primùm Fordiensis, deinde Avenionensis; demum Roberti Regis precibus, cujus Cancellarium aliquando egerat, Episcopus Cardinalis Portuensis ab eodem Clemente V. creatus. Corpore fuit parvus, sed animo magnus, acris & solertis ingenij: prudentia ingentiq; doctrina præditus, firma corporis valetudine, juris Ecclesiastici acerrimus Defensor: sacris frequenter operari solitus.

Capit

Cæpit Ecclesiam regere an. 1316. Electus in Pontificem fuit, (ut complures observant) in Sabbato die 7. Augusti, in quem diem insidit Festivitas B. ALBERTI, celeberrimi Sancti Ordinis Carmelitarum. Et ea ipsa die, inquit Daniel in *Vinea Carmeli num. 517.* verisimiliter apparitione illa DEIPARÆ dignatus fuit. Decessit ex hac vita nonagenario major post sacra audita, & SS. Eucharistiam sumptam, orans & psallens, pridie nonas Decemb. an. 1334.

Vide Petr.
Thom. Sa-
racenum
*Lib. supra
cit. part.
3. inform.
1.*

CAPUT II.

Quid censendum sit de revelatione facta IOANNI
XXII. circa privilegium sabbatinum?

REVELATIONIS potius quam apparitionis nomine utor in presenti quaesito. Primò, quia id quod potissimum in hac altera Operis huius Parte intenditur, est, declarare ac confirmare privilegium illud singularissimum, quod per DEIPARAM Virginem JOANNI XXII. primùm revelatum fuit. Deinde, quia juxta Angelicum Præceptorem, visio seu apparitio non requiritur propter se, sed propter revelationem, seu manifestationem intelligibilis veritatis: ideoq; cum visio seu apparitio ordinetur ad revelationem, æquum videtur, ut de hoc primariò, & potissimum agamus, hocq; vocabulum potius quam apparitionis in presenti usurpemus.

Ut autem clarè & ordinatè in hac comprobanda confirmandaq; revelatione progrediamur, hoc ordine procedemus. Primò, de hac revelatione secundum se agemus: deinde de Bulla JOANNIS XXII. habita hac revelatione publicata, & tandem de contentis in utrisq; revelatione scilicet & Bulla differemus.

Supponendum est, non esse insolitum aut novum in Ecclesia, quod summis Pontificibus aliqua divinitus revelentur, maximè, quæ ad publicam Christi Fidelium utilitatem & bonum spectant. Si enim privatis hominibus quandoq; hoc concedatur, immeritò Pontificibus, Christi Vicarijs denegaretur, ad quos ratione muneris sui pertinet exponere ea, quæ sibi subditis proficua esse queunt. Hinc ex S. Dionysio de *caelesti Hierarchia* docet S. Thomas: 2. 2. q. 2. art. 6. quod

84.

22. q. 174.
art. 2. ad
2.
Quis sit
finis visio-
num seu
apparitio-
num?

Q 2

revel-

C. 4. § 7.
2. 2. q. 2.
art. 6.

Bulla Sa-
cratissimo
nisi culmine.

Sententia
Pontific.
quam si-
dem me-
reatur?

Annal. Ec-
clesiast. ad
an. 1119.

Recensentur nonnullae summo Pontific. revelationes.

Albericus de Rosate.

Bzovius ad an. 1342.

Afferitur ac confir-

revelatio divina ordine quodam ad inferiores pervenit per superiores: sicut ad homines per Angelos, & ad inferiores Angelos per superiores.

Hoc praesupposito, asseritur & probatur supradicta revelatio JOANNI XXII. hujus nominis Pontifici divinitus facta fuisse. Et imprimis autoritate ipsiusmet Joannis, qui in Bulla infra referenda revelationem sibi caelitibus à DEIPARA Virgine exhibitam, cum omnibus necessarijs ei conjunctis circumstantijs explicatissime retulisset. Et si enim Pontifex Romanus, in his quae sunt facti aliquando falli & fallere possit, attamen ejusdem sententia, praemisso maxime consensu Cardinalium, doctissimorum utiq; ac pientissimorum virorum (in hoc praemissum fuisse authores tradunt) examine, ampliorem fidem meretur, quam privati hominis aut Doctoris, & intra limites humanae plane maximam. Hinc in Ecclesia DEI revelationes summorum Pontificum maximo in pretio semper fuere, & summa reverentia, uti par est, receptae. Hujusmodi fuit, ut è pluribus paucis subjiciam, revelatio facta Liberio Pontifici circa annum 367. de extruenda Basilica in honorem B. MARIAE Virginis in monte Exquilino, impensis Joannis Patricij, ut in festo S. MARIAE ad nives mentiones Breviarij referunt. Hujusmodi revelatio exhibita ad annum 1119. Callisto II. de sua in Pontificem Romanum promotione. Talis revelatio Innocentij III. circa confirmationem Ordinis Minorum an. 1209. & ejusdem Pontificis an. 1212. circa institutionem confirmationemq; Ordinis SS. Trinitatis Redemptionis captivorum, ex Annalibus ejusdem Ordinis refert, Fezajus Privileg. 2. comm. 26. Talis deniq; revelatio Clementis VI. qui in litteris Novemb. 1342. apparuisse sibi noctu anno 1342. in visione personam quandam reverendam in manu duas claves gerentem, & de jubileo à centesimo ad quinquagesimum annum reducendo monentem, refert. Quae etiam jubilei reductio mox indicta est, per ejusdem Pontificis Constitutionem incipientem *Vnigenitus DEI Filius*: & admissa ac recepta fuit in universa Ecclesia; licet in dicta Constitutione nullam faciat de revelatione sibi exhibita mentionem. A fortiori ergo revelatio JOANNIS XXII. per Diploma Apostolicum asserta & legitime publicata fide dignissima erit. Imò eo ipso, quod tali modo suam ille revelationem publicavit, ut Pontifex hac in re egisse censendus est, cuius tali etiam in negotio particularis facti major Spiritus sancti assistentia debet.

deberi videtur, ratione cuius magis credibile, minusq; errori obnoxium ejus testimonium censendum est.

Deinde confirmatur hujus revelationis veritas auctoritate ALEXANDRI V. qui *dato*, inquit Raynaudus, *Diplomate an. 1409. die 7. Decemb. quo JOANNIS XXII. autographum abs se inspectum & diligenter recognitum testatur: ejusdemq; autographi apographum verbatim exscriptum, suo Diplomati inferens veritatem visionis IOANNI objecta confirmat.* Ita ille

Probatur tertio, eadem revelatio è publicis Instrumentis ac Monumentis Ordinis, ex quibus hujus revelationis notitia, longa, continuaq; annorum serie ad nos usq; pervenit. Referuntur pro ea à Collectore Bambergensi in suo Collectaneo pervetusta Ordinis Monumenta an. 1476. sub Reverendiss. P. Christophoro Martignono Generali Ordinis Carmelit. Magistro producta: & alia à Reverendiss. P. Nicolao Audet, itidem Generali Ordinis an. 1530. coram CLEMENTE VII. atq; alia à Reverendiss. Generali Ordinis, Joanne Baptista Rubeo an. 1577. coram GREGORIO XIII. exhibita, & ab eodem Pontifice recognita, & auctoritate Apostolica probata, de quibus suo loco uberius.

Quarto hæc eadem JOANNIS XXII. revelatio constat ac confirmatur testimonio atq; auctoritate complurium gravissimorum sapientissimorumq; virorum, qui eam ut veram scriptis commiserunt, posteris tradiderunt, constanterq; tuentur, quos omnes infra *Cap. IX.* de Bulla Sabbatina differentes singillatim adducemus. Nec refert, quod nonnulli ex his Authoribus fuerint professione Carmelitæ, ideoq; in propria causa de veritate videri possint suspecti. Præterquam enim quod de viris Religiosis, pijs ac doctis, & de Ecclesia DEI, ob suos labores ac lucubrationes optimè meritis, hoc suspicari iniquum atq; injuriosum videatur, non est hæc causa solum Religionis Carmelitæ, sed Sedis Apostolicæ: agitur quippe de revelatione facta summo Ecclesiæ Capiti, & universis Fidelibus per Bullam legitimè declarata: imò de privilegio publicam animarum utilitatem, sublevationem, & è purgatorij tormentis ereptionem concernente. Præterea cum commune & solitum hæcenus fuerit cuilibet in Ecclesia DEI Religiosæ Familiæ, gratias & favores, quales sunt divinæ revelationes & apparitiones, hisq; similia per Scriptores ejusdem Religionis in proprijs Chronicis ac Historijs alijs tradere ac posteris consignare,

Q. 3.

nare,

matur Jo-
an. XXII.
revelatio.

In Scapul.
Marian.
P. 1. C. 2.

nare, cur revelatio JOANNIS XXII. quia est aliquatenus in favorem Carmelitarum, ideo censenda erit de veritate suspecta, quia per Historiographos ejusdem Ordinis conscripta est. Profecto si hæc obiectio subsisteret, omnium Religionum Annales ac Historiæ de veritate suspectæ erunt, ubicunq; de ejusmodi gratijs, visionibus ac revelationibus propriam concernentibus Religionem agent.

Licet Religiosis in causis sui Ordinis testificare & tanquam juridicum eorum testimonium recipiendum est.

Fidem porro deberi Religiosis in favorem suæ Religionis deponentibus, & de jure posse examinari in causa sui monasterij, & probationem recipi, affirmat Gloss. in §. *cogitandum*. verbo *Testis*. *Auth. de Monach.* Baldus in *C. tertio loco*. n. 4. *de probat.* Henricus Becht. in *Cap. insuper*. n. 11. & 15. *de test.* Decius *Consil.* 62. & passim alij. Rodriquez etiam *Tom. 2. qq. Reg. quæst. 11 art. 1.* tradit concessisse *Urbanum IV.* Cisterciens. *quod in causis proprijs monasteriorum suorum, in suis eorum deperat, liceat Monachorum testimonijs uti, eaq; tanquam juridica recipienda esse.* Idem concessere alijs *Julius II.* *Eugenius IV.* & *Leo X.* imò in rebus omnium gravissimis fides illis adhibetur, etiam in causa propriæ Religionis: veluti quando deponunt de aliquo sui Ordinis in Sanctorum Album referendo; uti factum esse constat in Canonizatione SS. Hyacinti, Francisci de Paula, Ignatij, Xaverij, & aliorum.

Quintò hæc, de qua agimus revelatio, confirmari posse videtur argumento non dissimili ac domestico. Nemo hactenus, quem ego noverim, aut legerim, suspectam habuit, aut rejecit revelationem HONORII III. in favorem Ordinis Carmelitarum illi exhibitam, cum tamen hæc *Honorij* revelatio, non nisi ab antiquis Ordinis hujus Historiographis litteris primùm tradita sit, & inserta modo *Annalibus Ecclesiast.* *ad annum. 1217.* imò recepta à SIXTO V. an. 1487. in Bulla incipiente *Eximium*, quod &c. Et à sacr. Rituum Congregatione annuente PAULO V. an. 1609. subscribente Bellarmino, teste Card. Pinello: & iterum sub URBANO VIII. ab eadem sacr. Congreg. an. 1628. teste Cardin. de Torres, uti habetur in *Officijs proprijs Sanctorum Ordinis pro Carmel. Discalceatis ab eadem Sac. Congreg. approbatis.*

Pro quo sciendum est, in Concilio Lateranensi, anno 1215. sub INNOCENTIO III. celebrato decretum fuisse, ne deinceps novæ Religiones instituerentur, sed quicunq; appeteret statum Religiosum,

sum, unam ex approbatis à Sede Apostolica Religionibus ingrederetur. Et licet Ordo Carmelitarum in Oriente, eò modo, quo Religionibus ante Concilium Lateranense approbari solebant, jam dudum approbatus fuisset, attamen ob emanatum illud dicti Concilij decretum, necessaria videbatur nonnullis nova approbatio ac confirmatio, pro qua, dum apud HONORIUM III. Ordo instaret supplicando, ut antiquam prophetica Religionem, Marianumq; Ordinem, & ALBERTI Regulam suæ etiam Confirmationis munimine roboraret: Pontifex rem discutiendam præcipuis quibusdam suis Curialibus, maximè duobus Commissarijs Apostolicis, (teste Thomâ Scropo Episcopo in *Tract. ad Eugenium Papam IV. scripto*) commisit. His negotium nimium protrahentibus, sacratissima Virgo noctu Pontifici apparuit, severè præcipiens Ordinis sibi devotissimi protectionem ac Confirmationem; inter cætera his eum verbis affata: *Nec est adversandum in his dum jubeo, nec dissimulandum dum promoveo.* Ut autem fidem haberet ejus dictus, insinuavit eidem præfatos duos Commissarios, Ordinis æmulos, qui patronos se simulabant, DEO uitore plexos esse, dispari exitu, sed discessu pari.

Mane factio ita compertum fuit, & Pontifex protinus Ordinem & Regulam ejus, autoritate Apostolicâ approbavit, ac confirmavit. Casum hunc referunt post Arnoldum Bostium, Joan. Paleonydorum, aliosq; Ordinis Historicos Bzovius *ad ann. 1217.* Joan. Fridericus Matenensis, Protonotarius Apostolicus, etiam *ibidem*, Flavius Cherubinus in *Compend. Bullarj* circa Bulam 8. HONORII III. *Scholio 2.* Hieronymus Platus *de bono stat. Relig. lib. 2. cap. 22.* Emmanuel Rodriguez Tomo 2. *qq. Regul. quest. 96. art. 7.* Georg. Colvenerius in *Calendario SS. Virg. die 30. Januarij*, alijque. Cùm ergo hæc Honorij revelatio, ut par est, sit recepta, tametsi nec in ejus vita, nec in ejusdem Bullis reperiat, cur *Ioannis* revelatio in Bullis ejusdem expressa, nec minùs gravibus ac solidis fundamentis nixa, non sit recipienda? maximè cùm ejus occasione Christi Fidelibus in Ecclesia DEI complura & maxima bona & commoda, & olim & nunc obveniant.

Tandem hæc *Ioannis* revelatio, quantum colligere ex ipso ejus Diplomatis tenore licet, ita numeris suis absoluta est, ut veritatem facti quodammodo eloqui videatur. Quod ex Angelico Doctore demonstrari posse videtur, qui 2.2. q. 172. ad revelationem divinam ejusq;

Deipara
Virg. Honorio III. apparet, ac præcipit ut Ordin. Carmelit. protegat, ac confirmet.

Adversarij Ord. Carmelit. morte subitaneâ divinitus plectuntur.

85.

Quænam
côditiones
ex doctrinâ

na S. Thomæ requirantur ad divinam revelationem?

Reperiuntur hæc omnes in revelatione Ioan. XXII.

In Scapulo Marian. p. 2. q. 5.

ejusq; veritatem hæc potissimum requirit. *Primò*, ex parte causæ finalis, aliquam Ecclesiæ utilitatem. *Secundò*, ex parte causæ efficientis, nempe DEI, à quo solo veluti primo principio procedit, proprie & simpliciter dicta revelatio, quendam luminis supernaturalis influxum ad dijudicandum & discernendum veraciter ac efficaciter ea, quæ agenda sunt. *Tertiò*, ex parte causæ materialis, sive personæ, cui hæc revelatio, mentis elevationem. *Deniq;* ex parte revelationis formaliter sumptæ cognitionem rerum, quæ sunt procul ac remotæ ab hominum cognitione. Hæc verò omnia secundum omnem suam proprietatem, in hac revelatione reperiri certum est.

Primò quippe promittitur JOANNI victoria de suis adversarijs, extinctio futuri schismatis Petri Corbarij Antipapæ dicti *Napoli V.* & pax Ecclesiæ per JOANNIS solius Pontificatum; quæ constat plurimum profuisse Ecclesiæ. *Deinde*, ad cognoscendum & dijudicandum de animabus Confratrum Sabbato post eorum decessum, è purgatorio liberandis, deq; tali privilegio jam in cælis concessi, & in terris publicando, uti in dicta revelatione contingitur, non sufficiebat lumen naturale. Ad iudicium quippe formandum de veritate & convenientia illius privilegij, ejusq; confirmatione & evaluatione altiori lumine opus fuit: unde cum dictus Pontifex de his iudicârit, & Bullam desuper expediverit, argumentum à posteriori habemus de quodam luminis supernaturalis influxu, ei divinitus communicato. *Præterea* constat ex tenore ipsius Bullæ Sabbatam hanc revelationem JOANNI inter orandum obtigisse. Unde cum *Oratio*, juxta SS. Patres, sit mentis in DEVM elevatio, conijcere licet, JOANNEM eo tempore mente elevatum, rebusq; divinis intentum fuisse. *Postremò*, illa DEIPARÆ Virginis promissio de liberando civiliter JOANNE à suis adversarijs, & privilegium de eripiendis Sabbato animabus Fratrum & Confratrum è piacularibus flammis, à Christo Domino ob eximia Virginis Matris suæ merita in cælis concessum, excedunt humanam cognitionem, ab eaq; longissimè remotæ sunt. Ex quibus satis patere videtur hanc revelationem ijs omnibus conditionibus constare, quas ad veram revelationem S. Thomæ Theologi; requirunt. *Accedunt*, inquit Theophilus Raynaudus, in *Confirmationes Pontificum, Bullam IOANNIS* (continet hæc revelationem eidem factam) *ratam habentium, & verbatim referentium, &c.* igitur omnes

omnes revelationes & apparitiones, quibus scatent volumina de vitis Sanctorum explodende sunt, (quod nemo Catholicus ausit dicere) vel ista est admitenda; cum vix ulla aut revelatio aut apparitio prodatur, cui tot & tanta adstipulentur subsidia, quot & quanta suppetunt, pro istius, de qua agimus, veritate.

CAPUT III.

Quo tempore hæc revelatio IOANNI exhibitæ fuerit?

ADMISSA revelationis, de qua disserimus, veritate, nunc discutiendum venit, quo tempore contigerit. In assignando verò tempore, quo hæc Joanni revelatio concessa fuit, dissentiunt Authores cum exteri, tum domestici, cum antiquiores, tum recentiores. Nonnulli quippe volunt DEIPARAM Virginem Joanni apparuisse, ac Sabbatinum privilegium revelasse ante susceptum Pontificatum: alij autem adito jam Pontificatu. Causam potissimam, unde hæc processit opinionum diversitas, præbuisse videntur exemplaria ipsius Bullæ Sabbatinæ: quorum nonnulla datam asserunt anno primo, alia anno sexto Pontificatus Joannis. Qui anno sexto Bullam hanc datam fuisse legunt, affirmant beatissimam Virginem, post adeptam pontificiam dignitatem, Joanni apparuisse; ne cogantur admittere Joannem ad sexennium hæsisse, & distulisse exequi, quod à serenissima cælorum Regina ei, tali sub promissione ac conditione, mandatam fuerat. Quod de pientissimo sapientissimoq; Pontifice suspicari iniquum arbitrantur. Vecordis enim animi est, procrastinare in boni executione; idque meritissimo, tanquam Caini labem exagitant, Origenes & Ambrosius, uterque post Philonem.

Idem secundò colligunt hi Authores, ex illis SS. Virginis verbis, quibus Joannem proprio Pontificio nomine, & Vicarium Christi nuncupat, inquit: O IOANNES, *Vicarie dilecti Filij mei*, &c. non enim *Ioannes* nominabatur, aut Christi erat Vicarius, nisi post suam in Romanum Pontificem inaugurationem.

Videtur terriò promissio DEIPARÆ facta Joanni idipsum satis apertè demonstrare, dum pollicetur eum à suis adversarijs liberare: volunt namq; Joannem ante initum Pontificium, juxta Ecclesiasticos

R

Anna-

86.

In designando revelationis tempore discrepant Authores: & unde orta hæc sit dissentio?

Hom. 4. in Genes. L. 1. de Cain. m. c. 8. L. de sacr. Abelis & Caini.

Probatur accidisse Joanni jam existenti Pontifici.

Annales, adversarios nullos habuisse, à quibus liberandus esset: quo autem, quotq; in Papatu adversarios passus fuerit, & qualiter à ferocissima Virgine ab ijs divinitus sit ereptus, luculenter tradunt ex Historijs Ecclesiasticis ijdem Authores. Nec huic sententiæ obsistere videntur illa DEIPARÆ ad ipsum Joannem verba: *Te Papam facio*. Nam præterquam quod alia & emendatior lectio habeat: *Te Papam facio* possunt hæc sic exponi; ut dicatur beatiss. Virgo illum adhuc creare Pontificem, quatenus eum confirmabat, & ab adversarijs, qui illum aliàs fortè rejecissent, aut de Sede S. Petri deturbassent, liberabat; & sic in Pontificatu conservando censebatur quasi de novo creatus: cum juxta receptam Philosophorum doctrinam, conservata continuata quædam sit creatio seu productio.

Affirmant hujus opinionis assertores, intra primum sexennium Pontificatus Joannis, hanc ei visionem objectam fuisse; & licet determinatum tempus, aut annum non designent, postremò tamen hujus sexennij anno adscribenda videtur; ut sic facilius à supra innuata negligentia culpa Joannes vindicetur.

87. ALII, qui Bullam Joannis primo Pontificij sui anno datam agunt, tradunt ipsi adhuc existenti Cardinali, & in gravissimis illius difficultatibus, quibus in illo duorum annorum interpontificio non Pontificis electio irretita erat, ad gratiæ thronum, misericordiamque Asylum DEIPARAM Virginem, supplici devotione confugienti, & visendam præbuisse eandem beatissimam Virginem, & Papatum, & civitatem ab hostibus pollicitam fuisse; hæc tamen conditio, ut Carmelitis faveret, & Indulgentiam Sabbatinam, seu ereptionem velorum, Confratrumque, si nonnulla ab eadem DEIPARA præscripta servaverint, Sabbato post eorum decessum è Purgatorio, publicaret. Nec huic opinioni, cui major ferè Authorum pars adhæret, debentur suæ non minus solidæ rationes ac fundamenta, ex ipso Sabbatini Diplomatis textu ac tenore deducta: & ad præcipuum oppositæ sententiæ motivum, fundatum in illis DEIPARÆ verbis, quibus Pontificem nomine *Joannis*, quod in sua ad Sedem Apostolicam promotione primum assumpsit, compellat, & *Vicarium Filij sui* nuncupat, respondent; rectè potuisse sanctissimam Virginem per ampliationem ad futurum, cujus erat præscia, *Jacobum* Cardinalem nomine Pontificio *Joannis* appellare, ut majori certitudine de promissione facta confirmaret,

Alij sentiunt & probant contigisse ante Pontificatum.

ret, eum alloquendo, quasi de facto creatum Pontificem, anticipatâ in hoc locutione utendo: quam in sacris etiam paginis satis frequentem esse monet D. Augustin. *Tom. 4. lib. 3. in quest. super Leviticum, qu. 23.* his verbis: *Quos intelligere alios non possumus, nisi filios Aaron, non quia jam erant, sed quia futuri erant; hoc eos iam tunc Scriptura appellavit per anticipationem, sicut sunt pleraq; talium locutionum.* Nam & filius Nave Iesus appellatus est, cum longè postea hoc nomen ei Scriptura narret impositum, &c. idem ab Interpretibus, alijsq; Authoribus fieri solitum observat Laurentius à Villavicentio Xerezanus, *Ord. Eremitarum S. Augustini in sua ratione de rectè formando Studio Theologico lib. 2. c. 8. observ. 10.*

NONNULLI existimant JOANNEM XXII. duas Bullas de revelatione à DEIPARA sibi communicata, deq; privilegio Sabbatino dedisse; priorem quidem anno Christi 1317. sui Pontificatûs primo confecisse, & eo anno justas ob causas fortè non publicasse; verùm id demum anno Domini 1322. Pontificatûs sui sexto, die 3. Martij præstitisse: aut certè si primo anno & expediverit, & publicaverit, anno sexto ob rationes tunc temporis urgentes, nobis nunc ignotas, iterasse & repetijse. Ad hoc confirmandum ac probandum producant exempla non pauca de iteratis litteris Apostolicis, & quidem unum in argumento præsentî.

CLEMENS quippe VII. anno 1528. in civitate Vrbevetana Diplomate Apostolico Bullâ JOANNIS XXII. & ALEXANDRI V. confirmavit, innovavit, & perpetuæ firmitatis robur contulit; extat apud Rodriguez *Tom. 2. quest. Regular. q. 96. art. 7.* & alios. Quia verò Clemens in suo illo Diplomate præceperat, *ut expediretur sub Plumbo infra annum, qui si effluxisset, nullius esset roboris aut momenti,* & id factum minime fuerat; ideo idem Clemens aliam Bullam plumbeam expedivit, & evulgavit anno 1530. ejus initialia verba sunt, *Ex clementis sedis,* per quam præcedens Diploma iteravit ac confirmavit. Reperitur in Bullarijs Rodriguez & Cherubini inter hujus Pontificis Constitutiones. PAULUS quoque V. duabus distinctis Bullis eandem largitus est plenariam Indulgentiam Sodalibus Carmelo-parthenijs, qui confelli ac sacrâ communionem refecci, interessent singulis fieri solitæ mensibus Processioni Confraternitatis sacri SCAPULARIS. Primam quidem an. 1609. die 31. Augusti, incipit, *Piorum hominum.* Alteram an. 1614. die 19. Julij, incipit, *Alias volentes.*

R 2

Complu-

88.

Vide Philib. Fezayum *Privileg. leg. 2.*
Côtrovers. 1. §. 4. & cötrovers. 5. 6. & 7.
Et Danielè à Virg. *MARIA in Vienna Carmeli par. 5. num. 835.*
Alij censet duplicem Bullâ Sabbatinam expeditam fuisse.

Complura similia suppeterent exempla, ex quibus liquet, non esse planè insolitum eadem de re distinctis temporibus diversas confici Bullas, quod in Sabbatino Privilegio similiter evenire potuit. Hoc ipsum alio probare nititur argumento Philibertus Fezayus, qui consuli poterit *Privileg. 2. controvers. 6. §. 2.*

Praambul.

34. num. 5.

*Et in eius
subesse al-
tero nū. 2.*

Et iteratò

apparuisse

DEIPARAM

Ioanni

XXII.

Alij, è quorum numero est idem Fezayus, & Antonius de Galnate in *Paradis. Carmel.* non solum iteratò eandem JOANNIS Bullam emanasse volunt, verum etiam ipsam DEIPARAM & ante Pontificatum, & Ioanni jam existenti Pontifici & apparuisse, & idem revelati contendunt. [Notandum est, (inquit Fezayus *loc. cit. contro. 7. §. 2.*) circa expeditionem Bullæ Sabbatinæ tria distingui tempora. Primum est, quando B. Virgo apparuit Jacobo de Ossa Cardinali Portuensi, & certiore fecit de sua ad summum Pontificatum futura promotione. Secundum, quando factus Papa, nominatus fuit JOHANNES XXII. & anno primo suæ coronationis expedit Bullam Sabbatinam dat. Avenione, &c. Tertium deniq; tempus est, quando beatissima Virgo iterum apparuit JOANNI Papæ XXII. anno sexto sui Pontificatus, promittens ei victoriam de adversario, & Ecclesiæ tranquillitatem, modò Carmelitarum Ordinem iterum confirmando Indulgentiam hanc (*Sabbatinam*) sic roboraret & confirmaret in terris, sicut propter amorem gloriosissimæ Matris suæ JESUS concessit & roboravit in cælis. Quamobrem iteratò B. Virginis præcepto Pontifex iteravit Bullam Sabbatinam, Ordinem cum suis Privilegiis iterum confirmavit.] Ita ille.

89.

*Hæc Autho-
rurum
dissentio nõ
tollit reve-
lationis ve-
ritatem.*

*Homil. 1.
paulò post
principium.*

In hac sententiarum discrepantiâ, eligat, quam maluerit Lectortum circa tempus factæ Ioanni revelationis, tum circa annum datæ Bullæ Sabbatinæ: verum animadvertat, quod hæc Authorum dissentio veritatem revelationis non spectet, multò minùs tollere queat, cum discordia testium, uti & Scriptorum, non perimat, aut infirmet efficaciam testimoniorum aut probationum, nisi sit in circumstantiis, quæ variant substantiam facti, uti præclare docet S. Thomas 2. 2. *quest. 70. art. 2.* quod in nostro casu non occurrit: *Quin immò,* subiungit ibidem Angelicus Doctor, *aliqua discordia in talibus, facit testimonium credibilius, ut Chrysostomus dicit supra Mattheum, quia si in omnibus concordarent, etiam in minimis, viderentur ex conditò eundem sermonem profere, &c.* Idem cum Augustino observant alij circa Evangelistarum in aliquibus discordiam.

Imò

Imò si ob discrepantiam sententiarum, quoad supputationem annorum rejicienda esset hæc revelatio, pauca profectò forent Historiæ cum prophæta, tum Ecclesiasticæ, quæ pariter non essent rejiciendæ, cum in plurimis dissentiant Historiographi & Scriptores circa annorum temporisq; designationem. Non est nostrum nunc instituti per Annales Ecclesiasticos, variasq; discurrere Historias, & exempla producere ad hoc demonstrandum, sufficiat exemplum adferre, ne longius discedamus, circa ipsamet res alias JOANNEM XXII. concernentes, ut omnibus pateat hanc opinionum dissensionem, quoad temporis & annorum supputationem non solum depræhendi respectu nostræ revelationis, verùm etiã aliarum rerum gestarũ hujus Pontificis. Quantum pugnant Authores de ipsamet electione *Ioannis*? Platina, Bzovius, & alij electionem *Ioannis* more aliàs solito, ac per scrutinium factam fuisse tradunt. Villanius verò, Ciaconius, & alij per compromissum Cardinalium seipsam nominasse scribunt. Nonnulli coronatum volunt Lugduni quinto aut nono Septemb. Alij Avenione octava Septemb. quod affirmat Villanius *Ioanni* coætaneus. Blondus *decad. 2.* & cum eo Nauclerus Imperatorem Ludovicum Bavarum anno 1316. per Legatos confirmationem suæ electionis & coronationem à *Ioanne XXII.* petijisse tradunt: Cuspinianus verò cum alijs hanc legationem ad annum 1327. remittit. Trithemius controversiam Minoritarum cum *Ioanne XXII.* refert ad annum 1324. Marcus verò Ulyssipponensis in *Hist. Ord. Min. lib. 8.* hanc anno 1328. accidisse contendit. Idem Marcus *part. 2. lib. 8.* Michaëlem Cæsenatem Generalem Ordinis Minorum Ministrum, gradu & officio privatum à *Ioanne XXII.* eodem anno 1328. scribit: Bzovius verò ex manuscripto Bibliothecæ Vaticanæ, hoc accidisse anno 1327. asserit. idemq; circa res alias hujus Pontificis dici posset. Quemadmodum ergò contentiosus aliquis ineptè ac perabsurdè inferret JOANNEM XXII. in Pontificem minimè electum fuisse, eo quod variæ & repugnantes de ejus promotione sint sententiæ: neq; inauguratum aut coronatum fuisse, quia de loco inaugurationis seu coronationis non conveniunt Scriptores: neq; *Ludovicum* Bavarum petijisse à *Ioanne* suæ electionis in Imperatorem confirmationem, quia circa hujus Legationis annum dissentiant Authores: nec inter *Ioannem* & Minoritas controversias extitisse, quia de ejus tempore diversimodè sentiunt Historiographi:

Non dissimilis dissensio reperitur apud Historiograph. in cæteris gestis *Ioannis XXII.* Pontificis.

riographi: ita non minus absurdè ineptèq; quispiam argueret, & inferret JOANNEM XXII. revelationem de Privilegio Sabbatino non habuisse, quia de ejus tempore & anno discrepant Scriptores. *Per tuerunt quippe ex varijs causis in diversa abire, inquit Raynaudus, cum illud adjunctum, salvâ Bullæ & Visionis veritate quoad substantiam. Cum haec dissensio, ut supra innuimus, non spectet revelationem, ejusq; substantiam, sed solum determinatum ejus tempus, aut Authores eam referentes.*

C A P U T IV.

Refertur tenor Bullæ Sabbatinæ à IOANNE XXII. primum promulgatæ, aliorumq; Pontificum Dilemmata eidem suffragantia.

90.

DISSERUIMUS hactenus de revelatione JOANNI Pontifici communicata, deq; tempore obversatæ eidem visionis, nunc de Bulla illius *Sabbatina* nuncupata, & in dicta revelatione fundata, differendum erit. Habita quippe à DEIPARA revelatione de publicando ac confirmando precibus animabus Fratrum ac Confratrum in Purgatorio existentibus Privilegio, subjectam edidit Bullam.

JOANNES Episcopus, Servus Servorum DEI, universis & singulis Christi Fidelibus, tam presentibus quàm futuris, presentes litteras inspecturis, Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Ioanni flexis genibus oranti apparet Deipara Virgo in habitu Carmelit.

Sacratissimo uti culmine Paradisi, Angelorum tam sancta reperitur melodia, &c. Sic mihi flexis genibus supplicanti visa fuit Carmelita, sequentem affata sermonem: O Joannes, Vicarie mei Dilecti Filij; veluti à tuo te eripiam in versario, te Papam facio, solemni dono Vicarium, meis cogitantibus supplicationibus dulcissimo Filio meo petens, quod gratiosè obtinui: Ita gratiam, & amplam meo sancto & devoto Carmelitarum Ordini Confirmationem debeas preconcedere,

ELIAM

ELIAM & ELISEUM in Monte CARMELO inchoato; quod unusquisq; Professionem faciens, Regulam à meo Seruo ALBERTO Patriarcha ordinatam, & per meum dilectum Filium INNOCENTIUM approbatam, observabit, & inviolatam obtinebit: ut verus mei Filij Vicarius, debeas in terris asserere, quod in calis meus statuit semel & ordinavit Filius; quod qui in sancta perseverabit Obedientia, Paupertate & Castitate, vel qui sanctum intrabit Ordinem, salvabitur. Et si alij devotionis causâ, in sanctam ingrediantur Religionem, sancti habitus signum ferentes, appellantes se CONFRATRES & CONSORORES mei Ordinis prenominati, liberentur & absolvantur, tertiâ eorû peccatorum portione, à die quo presatum Ordinem intrabunt: Castitatem, si vidua est, promittendo; Virginitatis, quæ Virgo est, fidem præstando: si conjugata, inviolatè observationem Matrimonij adhibendo (ut S. Mater imperat Ecclesia.) Fratres Professi dicti Ordinis, supplicio solvantur & culpâ. Et die quo ipsi à seculo recedunt, & properato gradu accelerant Purgatorium: Ego Mater gratosè descendam Sabbato post eorum obitum, & quod inveniam in Purgatorio, liberabo, & eos in Montem sanctum vita æterna reducam: Verùm quod ipsi Confratres & Consores, teneantur Horas dicere Canoniales, ut opus fuerit secundùm Regulam datam ab Alberto. Illi, qui ignari sunt, debeant vitam jejunam ducere, iis diebus, quos sacra jubet Ecclesia, nisi necessitatis causâ alicui essent traditi impedimento, Mercurio & Sabbato debeant à carnibus abstinere, præterquam in mei FILII Nativitate. Et hoc dicto evanuit hæc sancta Virgo. Istam ergò sanctam Indulgentiam accepto, roboro, & in terris confirmo, sicut propter merita Virginis Matris, gratosè Christus concessit in calis. Nulli ergò hominum omninò liceat hanc paginam nostræ Indulgentiæ seu statuti & ordinationis irritare, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit,

Ex hoc Virgineo Pontificio- que oraculo manifestè patet Eliam & Eliseum Prophetas fundatores fuisse Ord. Carmelit.

Promissio Deiparæ de liberandis Frat. ac Confratribus suis Sabbato post eorû obitum à Purgatorio.

Utrum hæc liberatio fiat semper per personalem descensum, infra c. 13. dicetur.

Quid observandum sit volentibus frui privilegio Bullæ Sabbatinæ?

sumpserit, indignationem omnipotentis DEI, & B. B. Apostolorum Petri & Pauli se noverit incursum. Datum Avenionae die 3. Martij. Pontificatus nostri Anno 1. legunt alij sexto.

Nulli ætati
desuere
Pontifices,
qui Sabbatina
Ioan.
XXII. Bullam Apo-
stolicam au-
thoritate
comproba-
rent, confir-
marent-
que.

Horum
primus fuit
Alexander
V.

Diximus suprâ nullâ ætate defuisse Pontifices, qui hoc Privilegium, hancq; Bullam suis Apostolicis Diplomatum confirmarent attestarenturq;. Si quidem cum Bulla Sabbatina, Pontificiâ JOANNIS XXII. auctoritate primùm sæculo decimo quarto promulgata fuerit, mox sub initium sæculi subsequentis, decimi quinti scilicet ALEXANDER V. anno Christi 1409. Pontificatus sui primo, dum Diplomate, *Ioannis* Bullam comprobavit, ac novo pondere firmavit. In quo etiam Diplomate *Ioannis* Autographum à se visum, ac diligenter inspectum ac recognitum testatur: ejusdem Autographi Apographum verbatim exscriptum suo illi Diplomati inseruit. Singulari verò dignitate providentiæ beneficio adscribendum videtur, quod *Alexander* in suum Diploma Bullam *Ioannis* verbatim integrèq; retulerit, quod post annis videlicet 1421. Diplomatis *Alexandri* publicum authenticumq; Majoricæ instrumentum conficeretur, ad instantiam R. P. Alphonsi de Theranno Angli: qui Autographum seu Bullam originalem *Alexandri* quam Judicibus & Notarijs legendam inspiciendamque ut ijdem testantur, exhibuit, atq; in Angliam, ubi Prioris munere fungebatur, erat asportaturus, unâ cum Bulla *Ioannis* adservandam. Cùm enim infelici sorte ac calamitate *Ioannis* & *Alexandri* Autographa postmodum perierint, hoc instrumentum & alia authentica superesse voluit, & præfatorum Autographorum vices supplere.

91.

Tenor autem Bullæ ALEXANDRI, & præfati Instrumenti huc est
In Nomine Domini nostri IESU Christi, Amen.

Anno Dominice Incarnationis millesimo quatercentesimo vigesimo primo mense Januarij, die secundo ejusdem mensis, decimâ quintâ indictione, regnante Excellentissimo & Serenissimo Domino N. Rege Alphonso, DEI gratiâ, in Regno Aragonum, & Sicilia, Valentie, Majoricarum, Sardinie, Corsicæ, Comitatus Barcinonie, Duce Athenarum, & Neopatriæ, ac etiam Comite Rossionis, & Seritanie, regimini verò ejus anno sexto feliciter, Amen. Nos Petrus de Terranova Iudex, & Paulus de Rubengerio, Imperiali Auctoritate abbas, & Regiâ totius Insule Majoricarum Iudex Ordinarius, ac Notarius Publicus, & alij fides subscripti, ad hoc vocati specialiter, & rogati, præfenti scripto publico nunc facimus,

facinus, & testamur, quod ad nostram accedens presentiam Venerabilis F. P. Alphonsus de Therano de Regno Anglia, Prior Conventus Capturiensis, Ordinis S. MARIE de Monte CARMELI, nobis presentavit, & publice legi fecit quandam Bullam Papalem felic. record. ALEXANDRI Papa V. impetratam per dictam Ordinem, quam vidimus, legimus, & inspeximus diligenter, tenoris & continentie subsequenti: petijtq; a nobis Venerabilis Prior, nostrum, qui supra, Iudicis, & Notarij in hac parte Officium implorando, ut ipsam Bullam in formam publicam ad cautelam dicti Ordinis, cuius interest, & interesse poterit in futurum, redigere & exemplare deberemus.

Nos autem attendentes petitionem dicti exponentis, tanquam sana & iusta rationi consonam, quia iuste petentibus non est denegandus assensus, dictam Bullam cum Bulla plumbea pendente, prout jacet, nihil per nos aucto, vel mutato, seu etiam dominato, quod sensum mutet, augeat, vel variet intellectum, in presentem formam publicam, & sumptum publicum duximus fiducialiter redigendum, ut tanta fides adhibeatur huic publico sumpto, quanta adhiberi possit originali Bulla predicta. Cuius Bulla tenor per omnia talis est.

ALEXANDER Episcopus, Servus Servorum DEI, universis & singulis Christi fidelibus, tam presentibus quam futuris presentes litteras inspecturis salutem, & Apostolicam Benedictionem. Tenore cuiusdam Privilegij felicis recordationis IOAN. vigesimi secundi, predecessoris nostri, dilectis Filijs Priori Generali, & Fratribus, & dilectis in Christo Filiabus, Sororibus, Confratribus Confratrie Fratrum dicti Ordinis Carmelitarum concessi, per nos visi & diligenter inspecti, de dicto Originali sumpto, ut de ipso impostertum certitudo plenior habeatur, presentibus fecimus annotari, qui talis est.

Ioannes Episcopus, Servus Servorum DEI, Universis & singulis Christi Fidelibus, &c.

Datum Romae 7. Decembris apud sanctam Mariam Majorem, Pontificatus nostri anno 1.

Vnde ad futuram memoriam, & dicti Ordinis certitudinem & cautelam presens publicum Transumptum, exinde factum est per me predictum Notarium Petrum, meoq; solito signo signatum, nostrisq; Iudicis & subscriptorum Testium subscriptionibus roboratum. Actum Majorica anno, mense, die & indictione premissis.

S:

Ego

Ego Petrus de Terra nova, qui supra, Imperiali auctoritate ubiq; & Regia totius insule Majoricarum, Iudex ordinarius atq; Notarius publicus, praesentia omnia rogatus scripsi, meoq; solito signo obsignavi. &c.

Ego Paulus de Rubengerio de Placentia, qui supra, Iudex me testor.

Ego Dominus Alphonsus de Majorica, praedictam originalem Bullam in plumbea pendente vidi & legi, & me subscripsi.

Ego Dominus Andreas De poculis praedictam originalem Bullam vidi, & legi, & me testor.

Ego Dominus Philippus de Arta, ut supra.

Ego Dominus Philippus de Au, ut supra, me subscripsi.

92.

Alterum authenticum Apographum seu exemplar Diplomaticum ALEXANDRI extat novem à priorè elapsis annis scilicet 1440 confectum, non immediatè ex Bulla *Alexandri*, sed ex superiori Instrumento excerptum per Matthæum de Monte Leone Judicem, & Nicolaum de Urone Notarium, &c. Agrigenti in Sicilia die 6. Augusti anni jam dicti; sigillum apponente Illustrissimo ac Reverendissimo D. Laurentio Episcopo Agrigentino, qui superius Transumptum ad petitionem R. P. Gerardi de Trapano in Sicilia Carmel. Ordin. Provincialis, vidit, legit, & diligenter auscultavit, &c. Huic etiam Instrumento plurimi subscripsere Judices ordinarij, publiciq; Notarii, adeò ut praefatis duobus Instrumentis nihil prorsus desit, quo minus censentur authentica, fidemq; faciant Bullæ *Ioannis* & *Alexandri*: cum tota solemnitas, quam Jura, tum Canonicum, tum Civile exigunt, in ijs conficiendis observata esse manifestè appareat.

Porrò advertendum est circa superiores *Ioannis* & *Alexandri* Bullas, Angelum Cherubinum Monachum Cassinensem, Tom. I. Bullarum Romæ excusi an. 1638, ad Constitut. 31. Clementis VII, ad §. 1. Constit. hæc scribere: *Has Constitutiones prætermisi (loquitur de præfatis Ioannis & Alexandri) quia continent elargitionem Indulgentiarum, que reformata fuit; ut hîc dixi in Rubrica.* Ex quo colligo primùm ambas Bullas non latuisse Angelum Cherubinum. *Secundò*, eundem horum Diplomatum Originale vel Transumptum seu Instrumentum ita authenticum præ manibus habuisse, ut sufficeret ad inferendas Bullas præfatas Constitutiones, nisi aliud, scilicet jam dicta Indulgentiarum reformatio, obtitisset. *Tertiò*, non ideò omissas fuisse à Cherubino, quòd ei forent suspectæ, verùm quòd reformatam crederet indulgentiam.

dulgent. elargitionem, &c. Hæc verò reformatio intelligenda est de Indulgentia tertiæ partis peccatorum, quæ à PAULO V. una cum alijs fuit immutata in alias, etiam liberaliores, anno 1606. non autem de Sabbatina, quam an. 1609. Paulus V. potius confirmasse, quam revocasse infrà demonstrabimus.

SEQUENTI sæculo nempe decimo sexto, Ecclesiam an. 1523. regere incepit CLEMENS VII. qui ad excitandam tepescentem Fidelium devotionem, & reprimendas seu præcavendas à nonnullis motas, aut quæ moveri posse videbantur, contradictiones, difficultatesq; singularissimum illud Privilegium Sabbathinum à JOANNE XXII. & ALEXANDRO V. probatum ac publicatum duplici Constitutione de novo asseruit, comprobavit, confirmavitq;. Priorem reperiet Lector apud Emmanuëlè Rodericum Tom. 2. qq. Regul. q. 97. art. 7. & Thomam à JESU lib. 2. de Confratern. Cap. 2. ut alios omittam Carmelitas eam referentes sub hæc verborum forma.

DILECTI FILII Nicolaus Audet Generalis, ac Provinciales & Priores domorum Ordinis B. MARIÆ de Monte Carmelo juxta morem dicti Ordinis, nec non Confratres utriusq; sexus Confraternitatum in Ecclesijs domorum seu domibus ejusdem Ordinis institutarum nobis nuper exponi fecerunt, quod alias fel. record. IOAN. Papa XXII. & ALEXANDER V. Romani Pontifices, Prædecessores nostri, universis & singulis Christi Fidelibus, qui Confraternitatem de Monte Carmelo intrare seu Confratrum Confraternitatis ejusdem numero adscribi, ipsiusq; statuta observare, ac habitum dicti Ordinis deferre, seq; fratres, & sorores dicti Ordinis appellare, itaq; similiter Virgo Castitatem, vidua verò continentiam, conjugata autem matrimonij jura, prout sancta Mater Ecclesia præcipit, à tempore eorum ingressus inviolabiliter servare velle promiserint, & observaverint, tertiam suorum peccatorum partem in Domino relaxarunt. Ac die quo à seculo hujusmodi purgatorium accesserint, ipsa Virgo gloriosa DEI Genitrix MARIA Sabbato sequenti post ipsorum Confratrum seu Religiosorum, ac Sororum obitus visitando à penis purgatorij hujusmodi eorum animas liberabit. Quodq; Confratres ipsi litterarum eorundem Prædecessorum participes fieri volentes Horas Canonicas juxta formam ab Alberto Patriarcha dicto Ordini concessam, & ordinatam recitare; ignari verò litterarum diebus, quibus sancta Ecclesia jejunare præcipit, jejunare: nec non quarta feria & sabbato tempore vite eorum (præterquam die, qua aliquã ex ferijs prædicti Nativitatem Domini nostri IESU Christi occurrere contigerit) à carnibus abstinere debere &c. [Recensitis deinde per multis alijs Privilegijs prosequitur.]

S 2 Nos

93.

Extât Romæ in Archivo Conventus Carmelit. Transpontin.

Tenor prioris Bullæ Clement. VII. Diploma Joann. XXII. & Alexand. V. confirmantis.

Nos itaq; huiusmodi supplicationibus inclinati IOANNIS & ALEXANDRI, ac aliorum Prædecessorum nostrorum litteras, ac per eosdem Prædecessores omnia & singula Privilegia &c. Etiam per Nos & Sedem Apostolicam concessa, quorum omnium Tenores presentibus pro sufficienter expressis habentur. Auctoritate Apostolica tenore presentium approbamus & innovamus, & perpetua firmitatis robur obtinere & inviolabiliter observari debere, &c. Dat. in Urbe, sub annulo Piscatoris, die 15. Maij, Anno M. D. XXVIII.

94.

POSTERIOR Clementis VII. Constitutio sub plumbo expressa emanavit Romæ anno Domini 1530. Pontificij sui an. 7. pridie id Augusti. Refertur integrè à Cherubino inter *Constitutiones CLEMENTIS VII. num. 31.* & à Roderico semel & iterum in Bullario Antiquariæ excuso an. 1623. primo quidem Tom. 2. in Clemente VII. in undecima: deindè in addition, ad eundem Tom. num. secunda: alijsq; capitulis pluribus, ut sequitur.

Tenor posterioris Clement. VII. Bullæ, qua denuo eadem dictarum litterarum confirmatio repetitur.

CLEMENS Episcopus, Servus Servorum DEI, ad perpetuam rei memoriam.

Ex clementi Sedis Apostolica provisione, nec non personarum DEORUM vocarum sub Religionis iugo & regulari castimonia Domino militantium pietate provenire dignoscitur, ut Rom. Pontifex quandoq; per Prædecessores Romanos Pontifices, pro personarum earundem, ac illarum locorum felici successu & quiete, ac Christi Fidelium pijs operibus vacantium animarum salute consideret, & approbet & innovet, ac innovata confirmat, & alia de novo concedat, quæ in Domino conspicit salubriter expedire.

Sanè pro parte dilectorum filiorum Nicolai Audet Generalis, & Priorum, & Priorum Domorum Ordinis beate MARIÆ Virginis de Monte CARMELO, nec non Confratrum utriusq; sexus Confraternitatum in Ecclesijs huiusmodi ejusdem Ordinis institutarum nobis nuper exhibita petitio continebat, quæ alias felici recordationis IOAN. XXII & ALEXANDER V. Romani Pontifices, Prædecessores nostri, universis & singulis Christi Fidelibus, qui Confraternitatem de Monte Carmelo ingredi, seu Confratrum Confraternitatum huiusmodi nullo modo adscribi, ipsiusq; Ordinis statuta observare, ac habitum dicti Ordinis de se, seq; Fratres & Sorores dicti Ordinis appellare, ita tamen quod si mulier castitatem, vidua verò continentiam, conjugata autem matrimonij iura (quæ ut sancta Ecclesia precipit) tempore eorum ingressus inviolabiliter servare non promitterent, & observarent, tertiam partem suorum peccatorum in Domino relaxaret.

relaxarunt, ac ipsa gloriosissima DEI Genetrix semper Virgo M A R I A ipsorum Confratrum seu Religiosorum ac Sotorum animas post eorum transitum suis intercessionibus continuis, pijs suffragiis, & speciali protectione adjuvabit: quodq; Confratres ipsi, gratiarum earundem Prædecessorum participes fieri volentes, Horas Canonicas juxta formam ab ALBERTO Patriarcha dicto Ordini concessam, & ordinatam recitare: Ignari verò litterarum, diebus, quibus sancta Ecclesia jejunare præcipit, jejunare, nec non quarta feria & Sabbato toto tempore vite eorum, præterquam die, qua aliquam ex ferijs prædictis Nativitatem Domini nostri IESU Christi occurrere contigerit, à carnibus abstinere deberent. His præmissis mentionem ingerit complurium privilegiorum, immunitatum, exemptionum, &c. à Prædecessoribus suis Romanis Pontificibus eidem Ordini concessarum, mox incipit Bullam Sabbatinam hisce verbis confirmare &c.

Nos igitur dicti Ordinis (quem præ ceteris in visceribus gerimus charitatis, prosperum & tranquillum statum, ac animarum salutem paterno zelantes affectu, hujusmodi supplicationibus inclinati, IOANNIS & ALEXANDRI ac aliorum Prædecessorum nostrorum litteras, ac per eosdem Prædecessores omnia & singula Privilegia, immunitates, exemptiones &c.

Quorum omnium tenores præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis haberi volumus, auctoritate Apostolica Tenore præsentium approbamus & innovamus, ac perpetua firmitatis robur obtinere, & inviolabiliter observari debere decernimus.

In altera hujus Bullæ parte concedit idem Pontifex plurima privilegia, indulgentias, gratias, &c. Confraternitati B. M A R I Æ Virginis de Monte Carmelo, de quibus omnibus nos infra parte tertia, quarta & quinta, uberius agemus, tandemq; concludit hanc Bullam hoc modo, Datum Rome apud S. Petrum anno Incarnationis Dominice 1530. pridie idus Augusti Pontificatus nostri anno septimo.

QUADRIENNIO post PAULUS III. illud Clementis VII. Diploma, & privilegia in eo innovata ac confirmata suæ Bullæ incipienti: Provisionis nostræ provenire debet subsidio, ut suum jus cuilibet conservetur. inseruit iterumq; confirmavit his verbis: Nos tenorem quarundam litterarum felic. record. CLEMENTIS Pape VII. Prædecessoris nostri, in Registro ipsius Prædecessoris compertum &c. Et post integram Clementis Bullam, descriptam iungit: Ceterum, ut earundem tenor litterarum hic insertus, omnimodam rei seu facti certitudinem faciat, auctoritate nostra decernimus, ut

95.
Locum præ-
stitit Paulus III. an.
1534.
Asservatur
hoc Pauli
III. diplo-
ma authen-
ticum in

Conventu
Carmelit.
Rothoma-
genſi & in-
tegrum re-
fertur ab
Irenzo in
*Monumen-
tis lib. cit.
pag. 26.*

Paulus IV.

96.

*Pius V.
an. 1566.*

97.

*Et Grego-
rius XIII.
an. 1577.*

Docet hic
Pontifex

illud idem robur, eandem vim, eundemq; vigorem dictus tenor habeat, que ha-
berent originales litterae supradictae, ac eadem prorsus eidem tenori fides adhae-
retur, quodcumq; & ubicumq; sive in iudicio, sive alibi, ubi fuerit exhibitus seu ef-
sus, & eidem tenori firmiter servetur in omnibus, sicut ejusdem originalibus li-
teris daretur, si forent exhibitae & ostensa &c. Datum Romae apud S. Petrum
anno Incarnationis Dominicae 1534. 3. Novembr. Pontificatus nostri an-
no primo.

PAULUM IV. qui eodem fedit saeculo, peculiari Diplomate
cui JOANNIS XXII. Bullam indidit, eandem probasse ac confirmasse
se tradit Theophilus Raynaudus in *Scapulari Mariano parte 1. Cap. 2.*

CLEMENTEM VII. & PAULUM III. & IV. secutus est PII
V. eodem saeculo anno 1566. 6. Calend. Maij: motu proprio Privilegium
Sabbatinum confirmavit per Constitutionem incipientem *Supra*
na dispositione. Cujus Autographum cum sigillo plumbeo Romae in
chivo Convent. Transpontini asservari scripsit Lezana Tom. 4. *Ant.*
ad an. 1322. in qua inter caetera haec habentur. *Nec non omnium & sa-*
gularum Privilegiorum, Indulgentiarum, & Gratiarum etiam Sabbatarum
per pie mem. IOANNEM XXII. INNOCENTIVM VIII. & CLEMENTEM
VII. & alios Romanos Pontifices, Praedecessores nostros quomodolibet concessorum
& approbatorum, ac quarumcumq; litterarum de super consecratarum tenore
praesentibus pro sufficienter expressis habentes, motu proprio &c. Nostri met
liberatione, omnia & singula Privilegia, Indulgentias & alias Grantias &c. A
ritate Apostolica, tenore praesentium approbamus. Vides, subjungit, in
Lezana, pie Lector, à PIO Pontifice, motu proprio approbata
gratia Sabbatina per IOAN. XXII. & CLEMENTEM VII. concessa &c.

INTRA idem saeculum, vix elapsis ab emanata CLEMENTIS
VII. Bulla altera annis 47. GREGORIUS XIII. PII V. in Romae
Sede Successor, anno 1577. Pontificatus sui anno sexto, amplius
encomio Carmeli Ordinem Sodalitiumq; propria Constitutione
celebrat, nec modo Diplomata Ioannis XXII. Alexandri v. ac Clementis
VII. in actu signato memorat, tanquam legitima, verum etiam non
ea ro bore communire voluit, referens idem praestitisse Pium V. alicui
anteriores Pontifices, juvat nonnulla ex Gregoriana hac Consti-
tutione hic adjungere.

Gregorius Papa XIII. ad perpetuam rei memoriam.

Vt Laudes gloriosissimae Virginis MARIÆ referre, que salutis nostrae pro-
ductio

Auctorem, lingua nunquam cesset humana, sed ejus sanctissimum nomen pia devotione celebretur, ac veneretur: sacrum Ordinem sub invocatione ejusdem B. MARIE de Monte CARMELO, quem eadem Virgo venustissima & omnibus virtutum floribus insignita edidit, proprijsq; nominis titulo insignivit, à pluribus Romanis Pontificibus Prædecessoribus probatum, varijsq; privilegijs, & facultatibus jam pridem decoratum: ex quo in agro Domini uberes fructus manarunt, & in dies non mediocres producuntur, gratia nostra speciali complectendum esse censuimus, quo & antiqua privilegia illi Ordini (nostra ad id accedente auctoritate) sublatis quibusdam impedimentis præserventur, ac Fideles singuli ad Ecclesias ejus Ordinis statutis diebus constantibus, eo libentius ibidem conveniant, ac orationi incumbant, alijsq; infra scripta pia opera exerceant, quo eximie dono celestis gratie uberius conspexerint se esse refectos, &c.

Nos igitur Ordinem ipsum, illiusq; personas inter ceteros Regularium Ordinum Professores in Catholica Ecclesia militantes, tamquam Religionis Exemplar speciali charitate fulgentes, Sanctorumq; Prophetarum ELIÆ, Elisei & Enoch: nec non & aliorum Sanctorum Patrum, qui Montem sanctum CARMELO, juxta ELIÆ fontem inhabitaverunt, successionem hereditariam tenentes specialibus favoribus & gratis prosequentes, & infra.

Idemq; IOANNES XXII. pro animabus, quæ in purgatorio existunt, & habitum hujus Religionis gestarunt, vel eorum Confraternitatem ingressi fuerint, vel Confratrum numero adscripti in honorem ejusdem beatæ MARIE MATRIS DEI, die Sabbati post earum transitum intercessionibus ejusdem continuis, pijs suffragijs, & meritis ac speciali protectione adjuvandis privilegium publicavit corroboravit & confirmavit, &c.

Deniq; CLEMENS Septimus, post IOANNEM XXII. & ALEXANDRUM V. eorum litteras approbando: habitum gloriosissima & beatissima Virginis MARIE MATRIS DEI gestantibus, seu Confraternitatem ingredientibus, & alia servantibus, ut in iisdem litteris continetur, Indulgentijs, peccatorum remissionibus, & gratis singulis utriusq; sexus concessis, perpetuæ firmitatis robur addidit, & innovavit, ipsiq; & alijs participationem omnium bonorum spiritualium totius Ordinis Carmelitarum, & universalis Ecclesiæ, nec non Indulgentias stationum in Ecclesijs alme urbis, tam intus, quam foris, temporibus, quibus eadem indite sunt, indulgit & concessit. Quas etiam idem PIVS Quintus immediate Prædecessor noster approbavit & confirmavit decernentes presentes litteras, sub quibusvis similibus & dissimilibus gratiarum revocationibus, limitationibus, suspensionibus, aut derogationibus similibus & dissimilibus Privilegorum, Gratia-

Deiparava
V. fac.
Carmeli
Ordin. &
didisse pro-
prijq; no-
minis titu-
lo insigni-
viffe.
Idem tra-
dit SIXTUS
IV. in Bul-
la supra
Cap. 4.
num. 27.
relata.

Commen-
dat Ordin.
Instituto-
res & me-
rita.

Privilegiū
Sabbatinū.

Confirmat
eximias
indulgen-
tias ac pri-
vilegia
Confrat.
Carmelo-
Parthen.
à pluribus
Pontific.
concessa.
Extat hoc
diploma
apud P.
Udephons.

de Jesu-Maria in lib. privileg. Ord. pag. 326.

Rodericum & Cherubinum in suis Bullarijs, Irrennem, Fezayum, Lezanam, & alios.

98.

Thom. à JESU lib. 2. de Confrat. Carm. & Leo. à S. Joanne in Fœdere spirit. referunt Sixtū V. Gregor. XIV. & Clement. VIII. & duos priores etiam alij. Extant litteræ originales Romæ in Conventu Transpontino.

Gratiarum, Indulgentiarum, & aliarum quarumcunq; concessionum nullatenus comprehendi, sed semper ab illis exceptas esse, censeriq; debere; ac de subreptionis vel obreptionis vitio, aut intentionis nostrae defectu notari, aut impugnantur posse, sed presentes validas semper & efficaces existere, ac perpetuo suffragari. Sicq; & non aliter, in præmissis omnibus & singulis per quoscunq; iudices ordinariorum, & delegatos, quavis auctoritate fungentes, etiam causarum palatii apostolici Auditores, ac sanctæ Romane Ecclesiæ Cardinales, sublata eorum & eorum liberet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari & definiti debere; irritumq; & inane quidquid secus super hiis à quocunq; quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, &c.

Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die decimo menses Septembris 1577. Pontificatus nostri anno sexto.

TANDEM, ut ceteros transeamus, qui à nonnullis adducuntur Pontifices, sub principium ferè sæculi, quod nunc decurrit, & ceteri septimi PAULUS V. promulgato an. 1606. Diplomate, Mariæ Scapularis Sodalitio amplissimas largitus est indulgentias, & illud vis locorum erigendi Generali Ord. Carmelitarum, ejusq; Vicariis solutam impertitus est facultatem, de quibus in IV. & VIII. hujus operis Parte diffusius differemus: atq; anno 1613. die 11. Februarii post longam maturamq; Sabbatini privilegij à sacra universalis Institutionis Romanæ Congregatione discussionem, subiectum promulgavit decretum.

Patribus Carmelitanis permittatur prædicare, quod populus Christianus possit piè credere de adjutorio animarum Fratrum & Confratrum Sodalitatis B. Virginis MARIÆ de Monte CARMELI; videlicet beatissimam Virginem animas Fratrum & Confratrum in charitate decedentium, quæ in vita habitum egissent, & castitatem pro suo statu coluerint, officiumq; pariter recitaverint, vel si recitare nesciant, Ecclesiæ jejunia observaverint & feria quarta & Sabbato à carnibus abstinerint (ubi in istis diebus Nativitas Domini incidit) suis intercessionibus continuis, pijsq; suffragijs, & meritis ac speciali protectione post earum transitum, præcipuè in die Sabbati, qui dicitur Ecclesiæ eidem beatiss. Virgini dicatus est, adjuturam, &c.

De hoc decreto plura dicentur inferius, ubi exponentur, ex-
pendenturq; illius clausulæ.

CAPUT V.

Examinantur & ponderantur producta supra Diplomata.

ADVERTENDUM imprimis ex P. Lezana Tom. 4. qq. Re-
gul. verb. *Litteræ Apostolicae*. litterarum Apostolicarum tria
esse genera. Quædam cum bulla plumbea pendente circa
magna expediuntur negotia, quæ generali vocabulo *Bulla*
vocantur. Aliæ pro parvis expediuntur negotijs, cum sigillo cereo,
per anulum Piscatoris, & vocantur *Brevia*. Aliæ vocantur *Signatura*,
quæ sunt supplicationes, seu petitiones in scriptis Papæ, vel ejus
ministris porrectæ, quibus Papa subscribit per *Fiat*, vel simile verbû,
non tamen ornata sigillo, &c. ita ille ex Rebuffo in *Praxi beneficior.*
tit. *de Bulla*, tit. *de Brev.* & tit. *de Signatur.* Petro Gregorio in *Synagm.*
lib. 17. cap. 15. & Grassio 1. parte *Decis.* lib. 4. in explicat. *Bull. Cæn.* cap. 6.
num. 9. & 91. Etsi verò præcisè & rigorosè loquendo *Bulla* dicatur,
quæ plumbo munitur, frequenter tamen ab Authoribus, & à nobis
nonnunquam etiam in hoc Opere sumitur pro qualibet Pontificia
Constitutione. Laudatum supra ALEXANDRI V. Diploma, neq;
Brevium, neq; Signaturarum est è numero, verùm ijs omnibus super-
rius, utpote bullatum: quod manifestè constat ex adducto *precedenti*
Capite Instrumento: quæ plumbi solemnitas, quantum augeat Bullæ
momentum ac pondus, quantamvé rebus in ea descriptis fidem &
authoritatem conciliet, Lectori benevolo dijudicandum, ac perpen-
dendum relinquo.

Circa CLEMENTIS VII. Constitutionem observandum venit
primò, eam fuisse plumbo munitam: quod attestatur *Alexander Riarius*,
Alexandrinus Patriarcha, Romanæ Curie, Cameræq; Apostolicæ cau-
sarum generalis Auditor & Judex ordinarius, in litteris præfate Bullæ
præfixis apud Rodericum in *Bullario* pag. 313. edition. Antuerpiens.
an. 1623. Ex quo veræ ac germanæ Bullæ authoritas elucescit; nec
leviter, aut causâ minimè discussâ expeditam fuisse præsumendum est;

T

cum id

99.

Tria sunt
litterarum
Apostoli-
carum ge-
nera.
Quid
sit *Bulla*,
quid *Bre-
ve*, quid
signatura

Cujus sit
authorita-
tis supra
adductum
*Alexandri
V. diploma*
& quibus
accensum
dum?

100.

Cujus *Cle-
mentis VII.*
&c.

cum id genus Constitutionum à summis Pontificibus, non nisi in gravioribus negotijs, ac præmissâ (ut par, & moris est) accuratori diligentia, & examine soleat adhiberi.

Secundò, constat ex dictis *Alexandri* Patriarchæ litteris, eam Bullam emanasse, æmulis quibusdam contradicentibus, quod ad ordinariam Bullæ autoritatem singularem addit sententiæ energiam, controversiæque, inter litigantes, solutionem. Hos citatos fuisse à Patriarcha, ut contra Bullam opponerent, si quid haberent, indicat hæc ejus verba: (*Citari fecimus ad quendam peremptorium terminum, nec comparentes ad præscriptum ab illo terminum, contumaces pronuntiavit: Nos, inquit, Alexander Auditor & Iudex præfatus, dictos citatos non comparentes, reputavimus, prout erant, quoad actum & terminum huiusmodi, suadente iustitiâ, contumaces, & in eorum contumaciam supradictas litteras Apostolicas ad manus nostras recepimus, vidimus, legimus, tenuimus, pavimus, & diligenter inspeximus, sanasq; integras, & illesas, ac omni vitio & suspitione carere reperimus, &c.*) Hoc tam accuratum Judicium ijs examinandis studium ac diligentia, jure merito omnem tollere debet scrupulum. Esto enim CLEMENTI Pontifici ob gravissimas præsentissimasq; occupationes otium non fuerit, aut permissum, quæ causæ examen (cujus oppositum liquidò demonstrat plumbi constantia) supplevit nihilominus generalis Auditoris eximia, summaq; diligentia: qui nec alteri causam hanc commisit discutiendam, ne leviter litteras attrectavit, verum diligenter inspexit, & sanas, illesas, & omni vitio suspitioneq; carentes deprehendit. Qui attenderit, leviores ipso Principe solere esse Judices, in ejusmodi causis & inquisitionibus, adversus Bullam tantâ ac tali cautione probatam, quod opponat, non reperiet, nisi Alexandrinum Patriarcham, aut corruptissimum, perditissimumq; hominem suspicetur; qui Apostolice prætorio, in gratiam Carmelitarum, pro oraculo pronuntiaverit mendacium: aut adeò hebetem, ut ea, quæ in litteris narrabantur, non penetraret, fabulamq; summo Pontifici sub nomine & auspicio JOANNIS XXII. & ALEXANDRI V. expositam, in præjudicium Apostolicæ Sedis, Pontificiâ autoritate confirmari non videret. Post præfatum, inquit Irenæus, Alexandrinæ sententiam, atq; contumaciam condemnationem non potest contra Sabbatnam opponi: nemo enim est audens post confirmationem factam, quando præcessit oppositor, & non comparuit termino præ-

Lib. cir.
Sect. 2. cap.
2. §. 2.

no prefixo ad opponendum, ait P. Lezana Tom. 4. qq. Regul. qui id colligit ex Cap. fin. de Elect. in 6.

Tertio, Tenor & stylus ejusdem Clementinæ intentum nostrum confirmat. Nam remittendo Juris Interpretibus expositionem horum verborum in ea repertorum: *Nec non potiori pro cautela, ea omnia etiam de novo concedimus, &c.* tot tantisque; circa finem corroboratur clausulis derogatorijs, cassativis, revocativis, modificativis, præservativis, restitutivis, &c. alijsq; efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, ut absq; temeritate nullus asserere queat, expeditam fuisse leviter, & inauditâ, indiscussâq; causâ à Pontifice hanc Constitutionem. Ex ijs clausulis una inter alias attentius perpendenda videtur. Nos igitur, inquit Pontifex, *dicti Ordini, &c. IOANNIS & ALEXANDRI, ac aliorum prædecessorum nostrorum litteras, &c. quorum omnium tenores præsentibus pro sufficienter expressis & insertis habere volumus, autoritate Apostolicâ tenore præsentium approbamus, & innovamus, &c.* Tum in fine: *Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostrarum, approbationis, innovationis, concessionis, &c. infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis DEI, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursum, &c.* quæ ultima verba præ cæteris os obstruere deberent loquentium iniqua, adversarioq; terrorem incutere, quâ indignationem Omnipotentis DEI, nec non SS. Apostolorum Petri & Pauli Pontifex comminatur ijs, qui præsentis suæ Constitutioni, (quâ nimirum probat, & confirmat litteras Ioannis & Alexandri, atq; in eis contenta de novo concedit) contradixerit. Quod comminationis genus, nec pro qualibet re ferre, nec à Christi Vicario sine magna prudentia, certâq; scientia adhiberi solet.

Ex modo relatis Clementis verbis, duo colligit P. Irenæus loco citato. PRIMò, non posse aliquem litteras Clementis rejicere, quin incurrat indignationem Omnipotentis DEI, & SS. Apostolorum: nec easdem admittere, quin autoritate Apostolicâ probatas Ioannis & Alexandri Constitutiones fateatur. Quo argumento, inquit idem Irenæus, contumacem urgeo, utrum videlicet superiori Clementina libenter subscribat? si abnuat, sit tibi tanquam publicanus, & quasi anathemate percussus, qui Omnipotentis DEI indignationem non reformidat: si consentiat, quid de Bulla Ioannis amplius disputat, ut

T 2

eam

In relect. circa validitatem cujusdam Capituli dub. 1. num. 2.

Ex clausulis insolitis quibus diploma Clement. munitur, summa ejus auctoritas elucescit.

Expendatur nonnullæ.

IOI.

Nullus potest Bullam Clementis respicere sine indignatione Omnipotentis DEI.

eam impugnet; quam à summo Pontifice tantâ cautione, tamq; singu-
lari diligentia probatam legit, & innovatam?

Quid ope-
retur Cle-
mentis VII.
diploma,
circa Ioan.
XXII. &
Alexand.
V. Bullas,
si hęc perdi-
tę fuissent?

ALTERUM nihil referre, utrum perierint Bullę Ioannis XXII.
& Alexandri V. quamdiu habebitur *Clementina*, quę sufficienter expres-
sas & insertas eorum Constitutiones non modò restituit (si obli-
letę fuerant & antiquatę) sed præterea in æternum conservat. Prę-
fata enim clausula vim habet non generalis modò & confusę, sed spe-
cialis & individue expressionis, cum omnibus suis qualitatibus, inquit
Tamburinus *Tom. 1. de potest. Abbat. disp. 18. q. 6. num. 41.* cum alijs *ibidem*
relatis. Ex Barbosa verò de clausulis usu frequentioribus *clausula* vix
idem præstat, ac si tenor esset insertus; etiamsi ad instantiam parti-
privilegium concedatur: nec in contrarium admittitur probatio
ubi hæc additur clausula. Nec oppones ex eodem Barbosa, nihil esse
operari in eis, quę sunt facti. Nam respondeo apertam esse Barbo-
sententiam ex ratione, quam subiicit: *Quia, inquit, nihil operatur ex
presumitur (Princeps) ea ignorare.* Inutilem ergo non arbitratu-
clausulam in omni facto, sed in eo, quod à Principe præsumitur ignorat,
quale censeri potest alicujus negotium, de quo Princeps non facit
mentionem. Secus verò se habet nostra quæstio: nam ignoratam
CLEMENTE VII. Sabbatinam, aut JOANNIS vel ALEXANDRI
Constitutionem non licet præsumere, cum expressè nominet, con-
ta describat, ipsasvè litteras suę Constitutioni insertas esse præ-
piat, etiam sub indignatione Omnipotentis DEI. Quorum omnia
tantum videtur momentum, ut ex sola *Clementina* efficacissimum præ-
deat argumentum asserendi Sabbatinam.

Quam effi-
caciter so-
la *Clement.*
Constitu-
tio Sabbat-
inam asse-
rat?

Quomodo
obviandū
sit adversa-
rijs Sabbat-
inam op-
pugnanti-
bus?

Quid illi
debeant ti-
mere & ca-
vere?

Nec aliud respondendum opinor adversarijs, dum urgent, qu-
in loco, quo in libro, quibus in archivis servetur Sabbatina Consti-
tutio? quam legi in præfata CLEMENTIS VII. Bulla, in qua habetur
pro expressa & inserta. Inde jam arguant adversus Pontificem, qui
egerit temerè, aut debitam animi considerationem non adhibuerit,
vel certè imperitię eundem accusent, quod Bullam probaverit, tunc
Constitutioni insertam voluerit, quę debitis desitueretur fundamen-
tis; caveant verò, ne indignationem incurrant DEI, & Apostolorum
rum, dum tam audaci animo primę Sedis decreta contemnere præ-
sumunt.

102,

CONSULTÒ prætereo, ne prolixior hęc sim, aliorum Pontificum
cum

cum Constitutiones, & ad GREGORIUM XIII. venio, solum observandum esse insinuo, circa PII V. qui *Gregorium* immediatè præiverat, Diploma, expeditum fuisse, uti suprâ diximus, *motu proprio*, & *merâ deliberatione*, &c. quibus clausulis firmiter redditur, atq; ab omni profuso doli aut fraudis suspitione vindicatur, ut uberius declarant, qui vim ejusmodi clausularum in Apostolicis Constitutionibus perpendunt. Vide sis P. Lezanam Tom. 3. qq. Regul. verb. *Clausula*, aliosq; ab ipso ibidem relatos, qui tres conditiones, quibus concessio facta *motu proprio* excedit concessionem factam *ad instantiam* refert & exponit.

Bulla *Gregoriana* attestatur *Pij V.* Constitutioni, eam semel iterumq; commemorando: *Sabbatina* verò fidem & auctoritatem plurimum auget; cum ex JOANNE XXII. ter eam repetat, bis autem ex ALEXANDRO V. ex qua iteratò repetitâ Pontificis mentione conjicere licet, nihil temerè & incautè, sed ex certa scientia & deliberatione decrevisse GREGORIUM, prædecessorum litteras probando ac confirmando. Inter ceteras, quibus suum communivit Diploma *Gregorius*, clausulas, ea maximè observanda est, quâ decernit illud de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis defectu notari aut impugnari nunquam posse, his verbis: *Decernentes presentes litteras, &c. de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis nostræ defectu notari, aut impugnari non posse, sed presentes validas semper & efficaces existere, ac perpetuò suffragari.* quodnam verò sit discrimen, & quæ differentia inter *subreptitias* & *obreptitias* litteras, declarat P. Lezana cum alijs ab ipso citatis Tom. 4. qq. Regul. verbo *Litteræ Apostolicæ*, inquit: *subreptitia* dicuntur litteræ, quæ impetrantur exprimendo falsitatem, seu tacendo veritatem, seu illa, quæ *jus & stylus Curie* exprimi jubent. *Obreptitia* verò illa, quæ impetrantur supplicato Papa sic involutè, sub involucrio verborum, ut non perceptum veritatem. Hæc clausula sic exposita validum pro *Sabbatina* præbet argumentum ac momentum. Si enim litteræ GREGORII nec *subreptitiae* nec *obreptitiae* dicendæ sint; sanè nec à veritate censerì debent alienæ, nec aliquid continere quòd juri repugnet, aut quòd à Pontifice non fuerit clarè, distinctèq; perceptum. Atqui illæ affirmant à Joanne XXII. Alexandro V. Clemente VII. & Pio V. *Sabbatinam* emanasse, ergo verum omnino erit, quòd de eo privilegio in eorum Bullis narratur.

Accedit non fuisse contra *Stylum Curie* peccatum, id omittendo,

T 3

Quid circa *Pij V.* Diploma, ex eo, quòd *motu proprio* expeditum, observandum sit?

In quo differat concessio facta *motu proprio* & *ad instantiam* &c?

Quænam clausula in Bulla *Gregorij XIII.* *Sabbatina* maximè proficiat?

Exponitur discrimen intercedens inter *subreptitias* & *obreptitias* litteras, & quænam tales dicantur?

do, quod exprimendum erat (alioquin subreptitiæ forent litteræ, quod negat Pontifex) hic verò Curie stylus est, ut dum citatur Pontificium aliquod Diploma ex authenticis producatur: Ergo temporibus GREGORII XIII. illud etiam fuisse observatum, quoad Diplomata suorum prædecessorum, quæ citat, legitimè inferri & concludi videtur.

Altera
clausula
Gregoriana
Constitut.
pro Sabba-
tina ex-
penditur.

Animadvertenda sunt etiam verba, quæ allatæ clausulæ mox subjecit GREGORIUS, illa quippe & amplius mentem ejus manifestant, & validius Sabbatinæ veritatem confirmant. Sicq; & non aliter inquit Pontifex, *in præmissis omnibus & singulis per quoscunq; judices nuncios & delegatos, quavis auctoritate fungentes, etiam causarum Apostolicarum palatii Auditores, ac S. Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sublata eorum, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & interpretandi facultate & auctoritate, judicari & definituri debere, irritumq; & inane, quidquid secus super his à quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.* Ex quo constat eorum retundi & comprimi ausum & temeritatem, qui de Bulla Sabbatina aliquid senserint, huic *Gregoriana* Constitutioni oppositum: imò nullam fore & inanem judicis sententiam, quæ aliud assernerit.

Ad quid
obliget E-
piscopos &
generalem
causarum
Cameræ
Apostoli-
cæ Audi-
torum?

Demum mandat Episcopis, & Generali causarum Cameræ Apostolicæ Auditori, ut præsentibus litteras publicent, & super præmissis efficacis defensionis præsidium, auctoritate Apostolica præsentibus Cameræ melitis, adhibitis censuris & pænis Ecclesiasticis adversus contradiutores, & alios non parentes, appellatione postposita, invocato etiam (si opus fuerit) sæculari brachio pro compescendis ijs rebellibus.

C A P U T VI.

Bulla JOANNIS XXII. & ALEXANDRI V. authenticis instrumentis asseritur & confirmatur.

103.
Quenam
requiratur
ad authen-
ticum legi-



ANTEQUAM instrumenta producantur, quæ Sabbatinam comprobent Bullam, opere pretium videtur, paucis insinuare, quid jura, sive canonica, sive civilia ad legitimam instrumenti authentici rationem requirant. ALEXANDRI III. Constitutio de hoc argumento & titulo sic habet: *Scripta*

verò authentica, si testes inscripti decesserint (nisi per manum publicam facta fuerint, ita quod appareant publica, aut authenticum sigillum habuerint per quod probari possint) non videntur alicujus firmitatis robur habere. Et GREGORIUS 1 X. cap. ultimo de fide instrumentorum : Si instrumenta propter vetustatem, vel propter aliam justam causam exemplari petantur, coram ordinario iudice, vel delegato ab eo specialiter presententur. Qui si ea diligenter inspecta in nulla sui parte vitata reperiat, per publicam personam ea precipiat exemplari, eandem auctoritatem per hoc cum Originalibus habitura.

timumq;
instrumen-
tum ?

Ex utroq; hoc Capitulo authentici instrumenti rationem ac leges determinatas habemus. Nam ex ALEXANDRI decreto manu publica, vel authentico sigillo muniendum est. Per manum publicam glossa ibidem Notarium intelligit, qui dicitur servus publicus, sigillum verò authenticum appellat Episcopale. Cui, inquit, creditur, quamdiu contrarium non ostenditur. Eadem Glossa eodem tit. in cap. 1. verb. authenticum, sic iterum definit : Authentica scriptura est, quæ per manum publicam, vel per iudicem, cum trium testium, vel duorum ad minus subscriptione, vel testimonio facta est. Quæ definitio manum publicam seu Notarium à iudice distinguit.

GREGORIUS vult illa coram ordinario iudice, vel delegato presentari & diligenter inspicere, an in nulla sui parte vitata existant, &c. Glossa ex capite inter dilectos. De fide instrumentorum, nonnulla alia exigat, scilicet annum indictionis, & annum Domini, nomen Imperatoris, diem mensis, &c.

His suppositis de legitima instrumentorum ratione, quærimus authentica in supplementum Bullarum Ioannis XXI I. & Alexandri V. licet validiora adduci nequeant Pontificijs, quæ supra exhibuimus.

104.

Omnium vetustissimum est istud, quod Cap. 4. num. 91. produximus, & asservatur Genæ, cujus meminere Arnoldus Bostius in speculo Historiali lib. 7. cap. 36. Paleonydorus in Histor. ord. Carm. lib. 3. cap. 11. Baiduinus Leerius in Collectaneo Exemplo. cap. 6. & præter complures alios antiquissimus Codex Conventus Mechliniensis his verbis : Hæc est Bulla IOANNIS XXII. quam ALEXANDER V. confirmavit, &c. Est in Conventu (a) Januensi ejus instrumentum authenticum. Hoc instrumentum desumptum est ex ipsismet Alexandri V. originalibus litteris, ut iudex, Notarius, Testesq; subscripti in illo testantur; litteras illas originales presentante & exhibente R. P. Alphonso de Theramo Priore

Instrumentum Majoricense confectum an. 1421.

(a) nunc dicitur Genuens.

Priore Conventus Capturiensis Ordin. Carmelitar. quas sic expositas litteras, cum bulla plumbea pendente vidisse se, legisse atq; diligenter inspexisse, ijdem affirmant, judex, Notarius, ac Testes in instrumento subscripti, Majoricæ an. Domini 1421. die 2. Januarij,

Agrigentinum an. 1430. *Alterum*, cujus etiam supra mentionem fecimus confectum Agrigenti die 6. Augusti ann. Salutis 1430. ad instantiam R. P. Gerardi de Trapano, totius Siciliæ Carmelitar. Provincialis, cui sigillum apposuit Reverendiss. D. Laurentius Episcopus Agrigentinus euiq; plures subscripsere, Judex, Notarius, adhibitiq; Testes. Ex quoq; Genuæ, & refertur à P. Irenæo inter *Monumenta Tract. de supp. Virg. protectione.* & P. Philippo à SS. Trinitate in *Theologia Carmelitar. quæst. 19. art. 4. & alijs.*

Messanenfe an. 1443. *Tertium* exhibet R. P. Michaël Munnoz in *Propugnaculo Elia lib. 2. tit. 3. cap. 1. art. 3. num. 3.* dum de authenticis, multiplicibusq; exemplaribus Bullarum *Ioannis XXII. & Alexandri V.* agit, inquit *unum indubitate fidei apud me habeo, exemplatum anno Domini 1443. die 1. Augusti, authenticum & in nulla parte vitiatum, &c. nec spernenda est huius instrumenti antiquitas.*

Romanum an. 1527. *Quartum* reperio Romæ in Conventu Transpontino asservatum cujus meminit P. Lezana in *MARIA patrona cap. 5. nu. 23.* quod confectum esse dicit anno Salutis 1527. die 19. mensis Septembris, per Nicolaum de Ferrario juris utriusq; Doctorem, & Jacobum de Iustera Drepanitam, regium Notarium in regno Siciliae. Duo authenticæ Bullæ *Ioannis & Alexandri* instrumenta in eodem Monasterio extare idem affirmat: unum anno 1421. Majoricæ, de quo supra locuti sumus, & alterum anno 1443. Messanæ per Bartholomæum Stagno juris utriusq; Doctorem, & Matthæum de Pagliarino Notarium expeditum; quod videtur idem esse cum præfato P. Michaelis Munnoz.

Rhedonense an. 1586. *Quintum* reperiri testatur P. Irenæus *lib. cit. sect. 2. cap. 2.* in communi Turonensis Provinciae archivo, in Conventu Rhedonensi asservari solito, datum anno 1586. die 14. Julij, signatum à Notario publico, in Episcopali Palatio, præfente ac jubente Generali Vicario Illustriss. Genuensis Archiepiscopi. Nota hic manum publicam, & auctoritatem ordinarij seu delegati iudicis.

Venetianũ. *Aliud* Venetijs extitisse attestatur Albertus Kolaccus in *Compendio antiquit.*

antiquit. adeo authenticâ vetustate corrosum, ut in quibusdam locis-
vix legi potuerit. Complures alij alia referunt, & extare instrumenta
similia asserunt *Messana* in Sicilia, *Valentie*, *Barcinone*, *Toleti* & *Sal-*
manticae in Hispania, *Parisij* in Gallia, *Bruxellis* in Belgio, &c. quo-
rum nonnulla in antiquitate nihil cedunt suprâ recensitis; constat ve-
rò apud Jurisperitos tanto esse instrumenta, cæteris paribus, majoris
fidei & authoritatis, quanto fuerint antiquiora; maximè si extent,
non modò apud illos, quos concernunt, verùm etiam in Archivis
publicis & communibus, uti de uno ex his nostris reperto in Archivo
Curia Archiepiscopalis *Casaraugustanae* testatur Marcus Anton. de Ca-
fanate; & de alio invento in Archivo publico Officialatûs *Valentini* in
Hispania, Joannes Pintus de Victoria, in *Hierarchia Carmelitana Tract.*
5. cap. 3. Cujus etiam authenticum Transumptum confectum fuit, præ-
sente & approbante Illustrissimo Domino Petro Gines de Casa-nova,
Episcopo Segorbiensi, Utriusq; Juris Doctore, Vicarioq; Generali
dicti Archiepiscopatus, & Patriarchæ Antiocheni Excellentissimi D.
Joannis de Ribera.

Nec præfatorum diminuit instrumentorum fidem & authorita-
tem, quod non omnia ex ipso Autographo immediatè transumpta
sint, verùm nonnulla ex Apographis duntaxat authenticis: si enim
Apographa legitimè, & cum debitis solemnitatibus sint confecta, ho-
rum etiam Transumpta legitimè facta, eandem cum autographis seu
originalibus Bullis merentur fidem, juxta Bartholum in *authentica*, si
quis in aliquo. *num. 9.*

Diploma CLEMENTIS VII. incipiens, *Ex clementi Sedis Aposto-*
licæ. legitimum esse atq; authenticum, attestatur Alexander Riarius, Pa-
triarcha Alexandrinus, Romanæ Curia, ac Camera Apostolicæ cau-
sarum generalis Auditor, ac Judex ordinarius, in solemnî Instrumen-
to, cui Diploma *Clementis* verbatim inseruit. Refert hoc *Alexandri*
instrumentum, præter Rodericum loco suprâ citato, P. Irenæus in *Moni-*
mentis ad Tract. de singul. Virg. protectione, & nos *superiori Capite* nonnulla
ex illo produximus.

Quàm sit etiam authentica, legitimaq; Constitutio *Gregorij XIII.* Similiter
qua sæpius dictorum *Ioannis & Alexandri* Pontificum Bullas approba-
vit, confirmavit, ac *perpetua & inviolabilis firmitatis robur* adjecit, ex sub-
jecto patet instrumento.

Alia com-
plura va-
rijs tempo-
ribus con-
fecta.

In *Paradis.*
Carm. præ-
amb. 33.

105.

Diploma
Clement.
VII. legi-
timum &
authenticū
esse constat.

Similiter
Diploma
Gregorij
XIII.

In Nomine Domini, Amen.

Nos Ioannes Garcia, miseracione Divina, tituli Sanctorum Quatuor Coronatorum, sancte Romanae Ecclesiae Presbyter Cardinalis, Millinus nuncupatus, Sanctissimi Domini nostri Vicarius Generalis, ac in Vrbe, & ejus districta Indordinarius, universis ac singulis presentes nostras litteras Transumpti inspecturis, visuris, & audituris, notum facimus & attestamur, quod nos nuper infra scripta die vidimus, & diligenter inspeximus litteras Apostolicas felic. recordat. GREGORII Papae XIII. sub Datum Roma apud S. Petrum, die 18. Septembris Anno 1577. Pontificatus sui anno sexto, illesas, intactas, & in aliquo non mutatas, quarum tenor est, qui sequitur, videlicet,

GREGORIUS Papa XIII. ad perpetuam rei memoriam.

Ut laudes gloriosissime Virginis MARIAE, &c. post integrè descriptam Bullam sic finit: In quorum fidem, &c. Datum Rome ex Aedibus nostris ante Nativitate Domini nostri IESU Christi 1622. indictione quinta, die vero mensis Septemb. &c.

Ac Decretum Pauli V.

Decreto tandem, jussu Pauli V. anno 1613. promulgato, telionium perhibent sac. Inquisitionis Regni Lusitaniae Consiliarij, ut sequitur:

Nos supremi Tribunalis sanctae Inquisitionis in hoc Lusitaniae Regno Consiliarij, per presentes litteras notum facimus, jussu SS. Domini Papae PAVLI V. anno 1613. editum fuisse decretum, in Congregatione Illustrissimorum Cardinalium Inquisitorum, cujus nos certiores facti sumus per epistolam Illustrissimi Cardinalis Millini, missam ad Dominum Generalem Inquisitorem hujus Regni eodem anno 1613. quia verò Reverend. admodum P. Magister Fr. Martinus Alonizius, Provincialis Ord. B. Virg. de monte Carmelo in hoc Regno, à nobis postularit authenticum hujus decreti Transumptum, quo Religiosis ejusdem sui Ord. innotescerent in eo contenta, alijsq; jussu de causis, jussimus hoc ipsum authenticum ei tradi, per nos subscriptum, sigilloq; sanctae Inquisitionis munitum. Ejus autem hujusmodi.

Patribus Carmelitanis permittatur praedicare, quod populus Christianus &c. ut supra. Capit. IV. num. 98. Vide sis instrumentum hoc integrum apud P. Irenaeum loc. cit. pag. 38.

Cum in praefatis omnibus instrumentis conficiendis, omnis solemnitas, quam ad legitimi instrumenti rationem, jura & leges exigunt, observata sint, quid illis desit, ut censeantur authentica, fidemque faciant Bullae Ioannis XXII. & Alexandri V. non apparet. Et quo

quo infero, aut nullam publicis instrumentis fidem deberi (quo admissio omne hominum commercium in belluinum declinaret) aut eam præfatis quoque debere adhiberi.

CAPUT VII.

Enodantur difficultates, quæ contra asserta in superioribus Capitibus moveri solent.

Nillum unquam, ex concessis Carmelo-parthenio Sodalitio beneficijs ac Privilegijs, acriori impetu oppugnatum fuit, quam Sabbatinum illud, de quo in superioribus disserere capimus. Incredibile est, quanto nisu nonnulli laboraverint ac contenderint, etiam apud Sedem Apostolicam, pro illius extinctione: quos non motus ac tempestates, in diversis Regionibus, adversarij excitaverint, ad deiiciendum Marianos Sodales de antiquissima hujus parthenij favoris possessione: verum nullius vehementior zelus extitit, in Privilegio hoc evertendo, quam ipsiusmet Cælorum Reginae in eodem asserendo. Egit quippe, tum privatis apud dilectissimum Filium suum intercessionibus, ut à summis Pontificibus, ejus in terra Vicarijs, nedum retractaretur, verum novo perpetuæ, inviolabilisq; firmitatis robore muniretur: tum publicis apud homines prodigijs, ijsq; creberrimis ac planè celeberrimis, ut pia ergà ejusmodi donum affectio, & excitaretur ampliùs, vehementiùs; invalesceret, quo contentiùs Anti-Mariani nitebantur apud omnes illud convellere & extinguere.

Animadvertendum quoq; hic est, quod sicut nulli defuere atati adversarij, qui Sabbatinam lacerarent Bullam ac Privilegium, sic nulli defuisse viros eximios sapientissimosq; qui illud tuerentur ac vindicarent, nec miracula, quæ cælitùs testatam facerent, hinc ejus veritatem, inde admirandam sanctissimæ Virginis in suum Carmeli Ordinem, Sodalitiumq; benevolentiam ac præsidium, sed de his amulorum impugnationibus inferiùs plura dicemus, nunc ad dissolvenda argumenta ac momenta, quibus Sabbatinam oppugnant, & eliminare contendunt accedamus. Dicunt ergò

PRIMÒ, Bulla sabbatina non reperitur inter *Extravagantes IOAN-*

V 2

NIS

106.

Quàm acriter à nō nullis impugnatum fuerit Sabbatinum, privilegiū? At multò acriùs DEPARA illud semper asseruit: & quibus id modis præsterit?

107.

NIS XXII. in *sine Sexti Decretalium*, nec apud *Cherubinum* in tam multis tamq; spissis Pontificiorum Diplomatum voluminibus, ergo non erit legitima.

Satisfit primæ objectioni, & demonstratur non omnes *Ioan. XXII.* Bullas reperiri in *sine Sexto Decretalium*, aut apud *Cherubin.*

RESP. illegitimam esse illationem. Constat enim primò *Sexto Decretalium*, seu collectionem ad *Sextum* adjectam Bullas omnes Ioannis minimè continere: ut patet ex Bullis, quibus *Ludovicum Tholosanum* Episcopum, & *Thomam Aquinatem* Sanctorum Fastis adscripsit, quæ in *sine Sexti* non leguntur. Plures quoq; idem Pontifex *Carmelitarum Ordini* Bullas concessit, *Historiographis* notissimas, & in libro *Speculum Ordinis* nuncupato descriptas, quas nec in *Sexto*, nec inter *Extravagantes*, nec in ipso *Cherubino* reperire est.

Præterea in utraq; *SIXTI* Bulla pro *Carmelitis*, quarum una eorum complectitur privilegia, vocaturq; *Mare magnum*: altera varias enumerat Indulgentias, &c. recensentur plures *Ioannis XXII.* Constitutiones, quæ nec in *sine Sexti*, nec apud *Cherubinum* inveniuntur. Et verò quam absurdè quæret adversarius omnes *Bonifacii VIII.* Bullas in *Sexto*, etsi *Extravagantibus* magis aucto. Quare nihil obest, quod *Ioannis* Sabbatina desideretur inter *Extravagantes Sexti*, cum *Doctores* omni exceptione majores, fideq; dignissimi suppetant, quæ eam referunt.

Cherubinus in suo Bullario innumeras Rom. Pontif. Bullas prætermittit.

Constat secundò, *Cherubinum* innumeras quoq; aliorum Pontificum Bullas omisisse, & exordium ducit à *LEONE* magno, cuius *men Clemens primus, Anacletus, Sixtus, Hyginus, & alij Leone* antiquiores, apud *Severinum Bini* in prioribus Generalium Conciliorum voluminibus, plures habeant Bullas ac Decreta à *Cherubino* penitus neglecta & omissa. Titulus ipse primæ editionis Bullarij facis aperte insinuat, non putasse *Flavium Cherubinum* omnes à se collectas Pontificum Constitutiones, sed prætermittas plurimas; imò *Angelus Cherubinus* Monachus *Cassinensis*, in epistola tertiæ editioni à se præfixa, ingenuè confitetur, auctum in multis à primo collectionis tempore. Nec mirum videatur *Cherubinum* Sabbatinam *Ioannis XXII.* & alteram *Alexandri V.* cui illa verbatim inserta erat, prætermisisse, cum nullatenus profus *Alexandri* Diploma adduxerit, licet ab eo complura (uti loquitur quidò demonstrat *P. Irenæus*, non pauca illorum recensendo) emanaverint. Nec sapiens quis dixerit, eas omnes Bullas spurias, & adhiberinas esse, quæ apud *Cherubinum* non leguntur.

Loc. cit. est. 2. cap. 5.

Resp.

Resp. secundo, Bullam JOANNIS XXII. & ALEXANDRI V. reperiri apud Cherubinum, non quidem seorsim, sed in Diplomate CLEMENTIS VII. incipiente, *Ex clementi Sedis.* uti supra Capit. IV. vidimus: qui dictorum Pontificum litteras pro expressis & insertis haberi voluit.

SECUNDO in SIXTI IV. *Mari magno* nulla penitus fit mentio Sabbatini privilegij, aut Bullæ, imò nec in alia ejusdem Pontificis Constitutione, qua concessas Ordini Carmelit. Indulgentias collegit & confirmavit, ergo signum manifestum est, *Sixti* temporibus nullam exitisse, ne quidem ejus memoriam.

RESPOND. futile esse argumentum ab autoritate negativa desumptum, & ab ipsis Rudimentarijs Dialecticæ reijci solere, sufficit namque assertum id fuisse ab alijs Pontificibus tanta cum cautione ac providentia, quantam *Sixtus* ipse adhibere potuisset.

Verùm ut objectioni satisfiat, dico neminem esse, in privilegijs Mendicantium vel modicè versatum, quem lateat, omnia Prædecessorum privilegia, in Bullas (quas *Mare magnum* nuncupavit) *Sixtum* minimè retulisse atque inseruisse. Et ut de Carmelitico in particulari loquamur, possunt exhiberi plus quàm quadraginta Diplomata, admodum momentosa, nobis concessa, quæ in SIXTI IV. *Mari magno* omninò desiderantur. Sufficit vel unicum v. g. adducere, *Honorij* scilicet III. quo Ordinem Regulamq; nostram confirmavit, à Cherubino relatum Tom. I. *Bullarj* inter Constitutiones *Honorij* III. octavum, à *Sixto* IV. prætermittum. Idem afferendum de Bulla alia Indulgentiarum, ejusdem *Sixti*, & ex multis suggero Indulgentiam 10. dierum ab *Innocentio* IV. impertientibus Carmelitis eleemosinam concessam, ex *Speculo Ordin.* conscripto per Joannem de Cataneis, quam *Sixtus* etiam non expressit. Ratio hujus esse potest, quod in *Mari magno* ea solummodò referre voluerit privilegia, circa quæ forsan aliquod esset dubium: in altero Diplomate eas duntaxat Indulgentias, quas haberet fama, at originales earum litteræ non venissent ad manus Reverendiss. P. Christophori Martignoni tunc Generalis, qui pro securitate dictarum Indulgentiarum sic sibi cognitarum à sua Sanctitate confirmationem petebat. Ex quo sic discurrere licet. Generalis Ordinis proposuit *Sixto* IV. Indulgentias communi rumore fama; divulgatas, quarum tamen originales litteras non viderat: atqui Sabbatina jam tum erat

108.

Diluitur
secunda
objectio.

Mare magnum non comprehendit omnia Mendicant. concessa privilegia Apostolica.

Plura ex his adducit P. Irenæus loc. cit. cap. 5. §. 2.

ubique fama divulgata (ut patet ex dictis , & ex Authoribus illius ætatis infra producendis ampliùs patebit) nec à Generali præfate legitur inter alias *Sixto IV.* proposita : Ergo originales illius litteræ viderat Generalis. Eam verò fuisse mentem tam *Sixti IV.* quàm ejusdem Christophori Generalis conijcere licet ex ipsis Bullis.

109.

Diffolvitur
tertia ob-
jectio , &
ostenditur,
quòd sicut
innumera
interièrè
monumen-
ta, ac libri,
&c. ita &
Bullam
Sabbatinam
perire po-
tuisse.

Quàm in-
numeri pe-
rierint li-
bri Autho-
rum Ord.
Carmelit.

TERTIÒ, urget nuperus Scriptor, si Sabbatina aliquando extitisset Bulla, cur non adhuc existeret ?

RESPOND. puerilem esse hanc ratiocinationem. Cur enim Adam mortalium primus adhuc non vivit, si aliquando vixerit ? Cur antiquæ Romæ gloria, majestas Imperij, aliæque ejusmodi non perierant ? Cur tot, tantaque monumenta Christianæ Religionis perierunt in Oriente, in Anglia, Germania, Galliaque : tot libri Patrum Philosophorum, Theologorum, Historiarum, &c. adeò ut vix ullum illorum supersit vestigium. Si aliquando extitèrè, cur adhuc non extant ? Mortales homines, cæteraque sublunaria corruptionis legem subiecta esse, si respondeas, cur de Bulla nostra non idem sentiamus. Præterquam quod responderi posset, adhuc Sabbatinam existere à laudatis *Clementis VII.* *Alexandri V.* aliorumque Pontificum Constitutionibus. Dices, plures adhuc existere Pontificum etiam *Ioanne XXII.* antiquiorum Constitutiones, quas inter Sabbatina potuissent servare. *Resp.* plures perijisse Pontificum, etiam *Ioanne XXII.* recentiorum Constitutiones, uti constat de *Alexandri V.* aliorumque, quas inter Sabbatina potuit interièrè, ac forsan de facto interiit. *Inflabis,* Carmelitarum eam semper fuisse sollicitudinem in colligendis, asservandisque sui Ordinis monumentis, ut tam privilegiatum cælitus Diploma neglexisse non sit credendum.

Respond. Fuisse quidem in hoc studiosos, casum tamen, humanamque conditionem aliquando prævaluisse, & evitari non potuisse. non modò quoad hoc Diploma, verùm etiam quoad plura alia, quorum nunc vix fragmenta habemus, opera integra desideramus. Plures etiam Authores, ac plurima Authorum nostro ex Ordine Operum recensent Bibliothecarum Scriptorum, è quibus præter nomen, & aliquid quod aliquando fragmentum nihil superest. Ex tanto librorum numero, quos uni *Ioanni Bachoni* nostro, dicto *Doctor Resolutus*, tribuit *Pitæus*, ad an. 1346. quid nunc obtinemus ? imò ex centum quadraginta Scriptoribus Carmelit. quos una ex Anglia idè recenset *Pitæus*, paucilli-

paucissimorum nunc extant opera. Sanctissimos ex nostra Religione Antislites *Andream Corsinum* & *Petrum Thomam*, aliosq; plura scripisse constat ex eorum historijs & vita, vixq; ex eis præter titulos aliquid novimus. Nec singularis Carmelitarum, sed communis omnium Ordinum, Statuum, Nationum, Imperiorum, imò Ecclesiæ (cujus sollicitudo pro conservandis Conciliorum & Canonum scripturis minor esse non debuit, quam Carmelitarum pro suis Privilegijs) ea etiam est conditio.

QUARTO, petes rationem reddi, cur & quomodo præ cæteris *Ioannis XXII.* Bullis, sola sabbatina evanuerit, nec cum cæteris ejusdem Bullis ad nos pervenerit?

IIO.

RESP. ad hoc P. Irenæus, ad rem non facere rationem, propter quam perierit, sed utrum perierit, si enim perijt, aliquando extitit. Extitisse quidem probatum est supra: at utrum verè perierit, an verò lateat in tenebris, nondum liquet, sed habemus authentica *Clementis VII.* & aliorum Pontificum diplomata, Notariorum instrumenta, Authorum monumenta &c. quæ existentis olim fidem faciant, atq; latentis vel deperditæ vices suppleant. Rationem iterum si urgeas? Aliorum ego à te rationem postulo, quæ tibi satisfaciat. E sacris paginis cur, amabo, & quomodo antiquissima *Moyfis* volumina ad nos venerunt, alij verò non venere Codices *Mosaicis* posteriores, quos legimus citatos. *3. Regum Cap. 11. 14. 15.* *Josue 10.* & alibi passim? Cur ex operibus Patrum nova quotidie luci restituantur, alia jaceant in tenebris? Ex profanis, cur *Ciceronis de Republ.* libri potius perière, quam *Academicae quaestiones*? imò ex ipsis Academicis, cur priores servati, posteriores perdit cum alijs, quos *Gesneri Bibliotheca* enumerat in *Marco Tullio*? Mitto infinita, in quibus res est aperta, verum ut postulatam efficacius rationem retorqueam, de *Nicæno Concilio* urgeo (quod in plurimis alijs parem habet vim) legitimus ac genuinus istius Codex cur non existit, si aliquando extitit? si existit integer, cur varia celeberrimæ Synodi hinc inde colliguntur fragmenta, ut totum resarciatur, quod ex proprio volumine potest exhiberi? si perierit, qua ratione? quomodo? cujus negligentia? Num summos Pontifices, Episcopos & alios, quorum sollicitudine regitur Ecclesia, reos facies? Hic liceat adversarij dialecticam subijcere, quæ concluderet reiiciendum *Nicænum* tanquam supposititium, nec unquam Patres *Nicænam*

Loc. cit.
Diluitur
quarta ob-
jectio.

Ij libri sūt
Verborum,
dierum Sa-
lamonis:
Verborum
Ieroboam,
Roboam,
Abiam, &
aliorum Re-
gum Indæ
& Israël.
Lib. iustor-
um, &c.

ccam

exam convenisse, cum germana ac primæva istius Synodi collectio non existat; si enim aliquando extiterit, cur adhuc non existat? Transumpta si sufficiant, cur idem de Sabbatina non admittat? Ex quibus patet hallucinari adversarium, dum in re facti rationem postulat, qui testes potius querere debuit, & ab ijs rei substantiam suis vestigiis circumstantijs, aut spoliata expectare. Fallitur verò, dum è Bulla *Ioannis XXII.* Sabbatinam duntaxat periisse asserit: nam plures alias eodem Pontifice obtinimus pro Conventibus Angliæ & alijs rebus quarum nonnullæ leguntur in *Speculo Carmelitarum* per Joannem de Gataone collecto, sed primarium earundem exemplar, ubi delitescere ignoratur: suspicamur verò plurima ejusmodi exemplaria Anglorum calamitatibus fuisse oppressa. Nihilominus si obstinatius Sabbatinam queramus, extitisse usq; ad annum circiter 1548. Author est Joannes Balæus Hæreticus, qui à se visam fatetur: cur autem eo in regno ab eo tempore perierit, nemo inquiret, qui immensam Ecclesiæ statibus jacturam, lugendum rei literariæ fatum, resq; alias istius vel vel minimum cognoverit.] Hactenus Irenæus.

III.

Diffolvitur quinta ob-
jectio, &
insinuatur,
cur Bulla
Sabbat. in
Angliam
potius quàm
aliò delata
fuerit.

Quàm ea
celebris
fuerit præ
cæteris
Carmelit.
Ord. provin-
cijs.

QUINTO, cur Sabbatina Bulla dicatur visa, aut perisse in Angliam potius, quam Avenione, ubi fuit data, aut alijs in locis.

RESP. Nihil legitime inferri, aut concludi contra Sabbatinam Bullam ex eo, quod uno in loco data fuerit, & in alio visa aut perita: quotidiana enim constat experientia, transferri decreta, acta, exemplaria &c. ad nova loca, sive necessitatis causa, sive ut conserventur. Et necesse fuit eam deferri ad ALEXANDRIUM Romam, aut ad illum locum, in quo is tunc morabatur, quando Diploma suum expedivit incipiens, *Tenore cujusdam Privilegij.* cui verbatim inseruit, illam comprobando ac confirmando. Ideò verò delatum postmodum fuisse Apographum Bullæ Sabbatinæ in Angliam tradunt alij, ut illa in Provincia, seu loco asservaretur, in quo cælitus devotum etiã servabatur Scapulare: & quod Provincia Anglica, ijs temporibus, cæteras Ordinis Provincias, pietate, doctrina, Religio- rum, canobiorumq; numero, præcederet. Hinc non semel in ea celebrata fuere Ordinis nostri Comitæ Generalia, & omnium priorum post transmigrationem è Syria, in quibus S. *Simon Stock* assumptus fuit in Generalem. Ex ea etiã frequenter designati fuere, & ad Romanam Curiam destinati, ut apud Sedem Apostolicam præcipua Ordinis

dinis negotia expedirent: quinimò ad Concilia, Tarraconense in Hispaniam, Lugdunense primum in Galliam, Pisanum in Italiam, Constantiense in Germaniam, ut advertunt, præter P. Petrum Thomam Sarracenum, cæteri Ordinis Historiographi. Hi omnes fatentur summam ipsorum temporibus rerum nostrarum curam fuisse penes Anglos.

Idem attestantur Exteri & Anglicani Scriptores, è quibus Pitseus differens de Carmelit. Ord. in Anglia, inquit, plusquam in quacunque alia Europæ parte, hunc Ordinem floruisse constat: magisq; abundasse & numero Monasteriorum, & Doctorum vivorum copia. Huc facit, quod scribit celebris ille Angliæ Historiographus Nicolaus Harpsfeldius, Archidiacon. Cantuariens. in Histor. Anglicana, seculo 14. cap. 17. Ubi postquam piures è singulis Ordinibus pietate atq; doctrinâ illustrissimos recensisset viros, ita concludit: *Sed hos omnes, & ceteros hoc seculo non modo singulos, sed universos, non tantum exæquant, sed longe, ni fallor, in hac scriptorum palestra & laude, librorum, laborumq; magnitudine superant Carmelita &c.* Atq; iterum læculo 15. cap. 18. recensitis variarum Religionum, ob doctrinam ac scripta clarissimis Viris, subjungit: *Sed ceteros omnes, in hac literaria palestra & scriptorum laude, Carmelita, ut & alijs ferè seculis, superant, &c.*

Præfatæ sententiæ suffragatur cum Paleonydoro Raynaud. inquirens: [JOANNES Autographum Carmelitis ipsis tradidit, tanquam ad eos maximè attinens. Carmelitæ autem varijs apographis confectis, & huc illucq; transmissis, Autographum ipsum ad Generalem Præpositum, cujus in Anglia Sedes ordinaria erat, deferri curarunt: apud eum in generali Ordinis Tabulario, cum alijs magni momenti Diplomatis aut Instrumentis asservandum. Ita Paleonydorus. Unde inferunt Recentiores, in ea clade, quæ sub Henrico VIII. omnia sacra in Anglia involvit, perijisse Bullæ Joannis Autographum, & mirum non esse, quod nullibi extet.]

SEXTO, Paulus V. revocavit omnes Indulgentias quibuscunq; Confraternitatibus concessas, & in specie anno 1606. etiam Sodalitij sacri Scapularis: Ergo Sabbatinam pariter cum cæteris extinxit.

RESP. Paulum V. suâ revocatione non comprehendisse defunctorum, sed vivorum duntaxat Indulgentias, uti videbimus infra in IV. hujus Operis Parte Cap. 3. uti etiam, teste Peregrino, in Compend. privit. Verbo Indulg. nu. 9. ipsemet Paulus V. declaravit an. 1609. die 23. Februarij;

In Indice
Scriptorum
Carmel. 1^o
Operi de
rebus An-
glicis præfi-
xo.

An, & in
quo cate-
ros ibidem
Ordines
superave-
rint?

Lib. cit.
part. 2.
quæst. 2.

II2.

Satisfit.
sextæ ob-
jectioni, &
indicatur
quas In-

dulgentias Paulus V. revocaverit? *bruarij; at Sabbatina Indulgentia magis est defunctorum, quam vi-
vorum: Ergo revocatam esse non est censendum.*

RESP. II. *Paulum V.* non revocasse (quod ipse quoque in suo Diplomate revocatorio confitetur) nisi eas Indulgentias, quas prodecessores Romani Pontifices concesserant, illi verò licet Sabbatinam probaverint, publicaverint, ac confirmaverint, non tamen concesserunt, cum à B. Virgine confirmandam solùm acceperint: quod illam à suo Filio gratiosè obtinuit: unde hæc Indulgentiæ concessio tamdiu durabit, quamdiu ipsi DEIPARÆ, Filioq; ejus placuerit, aut illam non retractaverint.

RESP. III. quòd etsi gratis admitteremus, etiam defunctorum Indulgentias à *Paulo V.* fuisse cassatas & annullatas, nihil tamen inde adversus Sabbatinam concludi posse; cum ipse singulari decreto illam postea probaverit ac confirmaverit, atq; per hoc consecratione priore revocatione immunem reddiderit, aut fuisse, declaraverit.

113.

SEPTIMÒ, Bulla Sabbatina asserit, quòd *Fratres professi diabolici à supplicio solvantur & culpá*, at hoc solidè minimè congruit Theologia, quæ negat Indulgentiam ab ulla eximere culpa. Hoc quòd culpam lethalem est certum ex fide, ut bene notavit *Soarez Tom. 4. 3. part. disp. 50. sect. 1. num. 2.* quia de fide est, neminem liberari à culpa mortali absq; Sacramento Pœnitentiæ suscepto, re ipsà vel in voto. Sed neq; culpam venialem obliterari per Indulgentiam, est communissima Scholasticorum, & moralium Theologorum doctrina: sentiantq; varia jura, in quibus Indulgentiæ dicuntur non prodè nisi expiatis per contritionem aut confessionem. Exsolutio itaq; à pœna & à culpa vi Indulgentiæ pugnat cum sana Theologia, quò modo ergo JOANNES XXII. ex DEIPARÆ jussione promulgavit Indulgentiam exsolventem à pœna, & à culpa?

In 4. dist.
20. §. 11.
Summitate
V. Indulgentia.

Indulgentia
septima
objectio,
& exponitur,
quo sensu dicitur
aliquando per
Indulgentiam
remitti

RESP. Indulgentiam nullius culpæ etsi minimæ labem extergere, licet aliquando Indulgentia dicatur concedi in remissionem peccatorum, quo sensu 2. Machab. 12. dicitur, *Salubrem esse cogitationem de defunctis exorare, ut à peccatis solvantur*: hoc est, à reatu peccatorum remitti. Et in *Extravag. Antiquorum de pœnit. & remiss.* dicitur datam esse per Indulgentiam remissionem culpæ & pœnæ, ut significaretur, eos qui Indulgentiam essent consecuti, fuisse exsolutos nexu culpæ & pœnæ: culpæ quidem, per absolutionem aut contritionem Indulgentiæ

gentiæ præsuppositam : pœnæ verò formaliter per Indulgentiam. ita Maldonatus, & communiter Doctores. Nec alio sensu credendum est, S. Franciscum petiisse à Christo Domino, ut indulgentia Portiunculæ esset à pœna & culpa; quando Christus ejus petitioni, talis Indulgentiæ per Pontificem concedendæ, annuit. Et æquè valet pro omnibus Indulgentijs sub ea forma concessis. Quoad speciales autem quasdam indulgentias, idcirco dictum est, concedi in eis exsolutionem à culpa; quia fiebat potestas eligendi Confessarium à quavis culpa absoluturum, vi potestatis extraordinariæ. Cujusmodi facultas concessa quoque est à CLEMENTE VII. Sodalibus SCAPULARIS Carmelitici, ut infra Parte V. videbimus. Hoc additamentum certis duntaxat indulgentijs adjunctum, nonnulli ignoranter ad omnes indulgentias diffuderunt; cum tamen paucæ habeant illud adjunctum facultatis eligendi Confessarium ab omni culpa absolventem. Ratione cujus Echius atque Valentia censuerunt dictum aliquando esse, indulgentiam cum ea facultate concessam, dictam esse liberare à pœna & à culpa. At postea modus ille loquendi in nullis amplius indulgentijs usurpatus est, ad excludendum falsum sensum de extersione culpæ præcisè per indulgentiam.

OCTAVO, Obijciunt nonnulli discrepantiam & diversitatem, quæ videtur esse in ipsis Bullis suprâ dictis, circa ipsum tempus liberationis animarum è Purgatorio. Nam JOANNES XXII. & ALEXANDER V. affirmant id futurum primò post Confratrum obitum Sabbato, juxta illa DEIPARÆ verba: *Ego Mater, &c. Sabbato post eorum obitum, quot inveniam in Purgatorio, liberabo.* Hoc ipsum sensit CLEMENS VII. in priori sua Constitutione anno 1528. *Sabbato sequenti, inquit, post ipsorum obitum à pœnis Purgatorij liberabit;* at in posteriori anno 1630. idem Clemens nullam Sabbati fecit mentionem, sed post eorum transitum suis intercessionibus continuis, pijs suffragijs, & singulari protectione adjuvaturum, &c. dicit: nec PAULUS V. primi post decessum Sabbati meminit.

RESP. nullam in prædictis legitimam assignari ac inveniri posse repugnantiam: quod enim priores asserunt, posteriores nullatenus retractant: quod illi affirmant, isti minimè negant: quod illi clarè enuntiarunt, isti quidem non repetierunt; quis verò inde inferat id eos rejicere, aut derogare ei velle. Quod autem videbatur obscurum,

culpam &
pœnam?
Quæst. de
Indulgentijs.

q. de In-
dulg. P. 1.
in 3. P. disp.
7. q. 20. p. 3.

II4.

Refellitur
oçtava im-
pugnatio,
& ostendi-
tur nullam
esse discre-
pantiam in

prædictis & difficultatem nonnullis facessere, quasi expectandum foret Sabbathum, ut sanctissimæ Virginis fruerentur beneficio, id declaravit posterioribus Bullæ, ideò dixit Rodericus primam declarari per secundam; non verò revocarunt, quod de Sabbatho fuerat affirmatum, & enim duo illa inter se conferantur attentius: *Sabbato post eorum obitum liberabo; & post eorum obitum continuis intercessionibus, pijs suffragijs, &c. adjuvabo*; quænam hic propositioum contradictio? Ex priori colligimus liberandos in Sabbatho: ex posteriori adjuvandos continuè post obitum intercessionibus, &c. adeò ut expectare Sabbathum non sit necesse. At nec prima propositio expectandum significat Sabbathum, quasi ante illud pœnæ non solvantur: nec secunda id negat faciendum in Sabbatho, quod post obitum tempore minimè determinatum peragendum concedit. Advertendum etiam, quod Sabbathum à CLEMENTE VII. in posteriori, ut diximus, Bulla prætermittum, restituerit GREGORIUS XIII. in Diplomate, *Ut laudes*. utramq; deinde sententiam conciliat expressis verbis PAULUS V. in suo Decreto anni 1613. *Suis*, inquit, *intercessionibus continuis, &c. post eorum obitum, præcipue in die Sabbati, qui dies ab Ecclesia Beatiss. Virgini dicitur adjuvaturam*; juvabit ergo ante Sabbathum, verum *in Sabbatho præcipue*, et, abundantius & efficacius. De hac quoque conciliatione alterarum formularum *adjuvabit, & liberabit*, quas usurpant Pontifices, differens P. Fezayus *Privileg. 2. controvers. 2. §. 5.* inquit: *Liberabo adjuvando, & adjuvabit liberando*. Et Venerab. P. Thomas à JESU, respondens diversum hunc summorum Pontificum loquendi modum, dicit, quòd siue dicatur in Bullis, quòd DEIPARA absolute promittit illos primo Sabbatho liberare, siue dicatur, quòd solum promittit illos suis continuis precibus, ac suffragijs, &c. adjuvare, ut liberentur, nihil hoc derogare aut diminuere de privilegio, quia uterq; loquendi modus idem significat, & eundem habet effectum. Ideò quippe *adjuvabit*, ut primo liberentur Sabbatho: quid etenim à suo dilectissimo Filio Mater petet gratiæ & misericordiæ, maximè sua interponendo merita, quod non obtinebit? aut pro quo rogabit, qui non liberetur? Nec hic ambigendi relinquatur locus, cum cælorum Regina, attestantibus Romanis Pontificibus, suam suis gratiosè obtulerit ac sanctè promiserit Fratribus ac Confratribus favorem atque adiutorium, pro sequenti post eorum decessum Sabbatho: certos quippe

*Lib. 2. de
Const. ut.
cap. 2.*

Explana-
tur enucle-
atius prom-
issio DE-
PARÆ de li-
beratione
suorum So-
dalium è
Purgatorio
in Sabba-
to,

per hoc reddere voluit, quod eorum pœnæ ultra hunc diem non forent extendendæ. Alioquin necessarium minimè fuisset deputare hanc Sabbati diem, si misericordissima Virgo solùm in genere, & communi cæteris Fidelibus modo, illos adjuvare promississet, quia hoc quotidie præstare poterat, crediturq; facere pro universis sibi devotis, designando ergo Sabbatum demonstrare voluit, quod illo essent particularibus flammis eximendi. Neque hoc mirum cuiquã videri debet, si penitiùs perpendat munera, quæ pro hujus privilegij adeptione sanctissima Virgo à Sodalibus exegit. Illa enim, maximè, si modicam nostræ ætatis Fidelium pietatem ac fervorem attendamus, satis gravia onerosaq; sunt: præsertim cùm toto vitæ decursu sine intermissione præstanda sint. ita ferè præfatus Thomas. De muneribus pro hujus Privilegij consecutione requisitis, quorum ille hic meminit, infrà *Parte VII.* copiosius agemus.

Non desunt tamen nonnulli, qui non improbabiler existimant, priorem *Clementis VII.* Bullam per posteriorem ita declarari, ut Confratres non debeant intelligi à purgatorio infallibiliter liberandi primò ab eorum obitu Sabbato, sed continuis sanctissimæ Virginis suffragijs &c. adjuvandi, quæ Confratrem adjuvabunt eo tempore, quo supremo judici fuerit placitum: sive ante primum Sabbatum, sive in ipsomet, sive sequenti alio tempore. Et hoc postremùm, maximè illi experientur Confratres, qui in observazione à *DEIPARA* requisitorum pro hujus Privilegij indeptione munerum, atq; obligationum parum fideles, atq; indiligentes fuerunt: quorum sæpenumero non pauci sunt, uti non semel cælitùs Viro sanctissimo Ordinis nostri revelatum fuisse in *Thesauro Partheno-Carmelitico cap. 3.* insinuavi, de quo etiam inferiùs plura dicemus.

ANIMADVERTENDUM hic venit, quod licet educio illa animarum Fratrum ac Sodalium Ordinis Carmel. è purgatorio, præcipuè & ordinariè fiat Sabbato ab eorum obitu, juxta promissionem *SS. Virginis, & Bullas Joannis XXII. & Alexandri V. Clementis VII. & aliorum*, non sic tamen id intelligendum, quod nunquam citiùs fiat, quod benè observavit Raynaudus libro sæpiùs laudato, *part. 2. quest. 5.* inquit: *Revera verba DEIPARÆ à IOANNE relata id non ferunt, (nimirum liberandos tantum esse Sabbato) sed tantum, quod Sabbato primo sint liberandi; ita ut ad summum sint illuc usq; hæsi in purgatorio; quod tamen*

115.

Impensè
observada
Raynaudi
expositio
& doctrina

X 3

non

circa hanc non obstat, quo minus anima, quæ ante Sabbatum esset expiata liberetur.
 D. Virg. Hoc ibidem consequenter demonstrat ex decreto Pauli V. verbis: et
 promissio- Officio solemnibus Commemorationis B. MARIE V. de Monte CAR-
 nem. MELO ab eodem Pontifice & sac. Rituum Congreg. approbato et
 sumptis: B. Virgo Filios in SCAPULARIS Societatem relatos, materno pi-
 Ex 2. Noct. nè affectu, dum igne purgatorio expiantur, solari, ac in caelestem patriam ab-
 lect. 6. tentu suo, quantocius pie creditur efferre. Ubi bene notanda illa dictio
 quantocius. Et mox paucis interpositis subjungit loco cit. idem Rayna-
 dus. Hinc tamen non ligantur (ut sic dicam) pie sospitatrix manus, quo-
 nus, si ante Sabbatum occurrat solemnibus festivitas in qua solet, aut veli-
 quos pœnis exsolvere, fas ei sit antea largiri largitatem suam, in ceteris
 laborantem in purgatorio, & non expectato die Sabbati, facere eum participem
 extraordinarie largitatis, quam facit in eo solemnibus festo. Virumvis enim ipse
 gat, qui potest ei dicere, quare ita facit? Coniuli poterit etiam circa hoc
 P. Thomas Saracenus in *Historia sacra de origine & progressu Confrat. v. m.*
 B. MARIE de Monte CARMELO part. 3. informat. 4. & P. Matthias de
 Joanne lib. de vera devotion. sacri Scapularis cap. 25. Ubi diffusius illius
 posita reperies.

CUR DEI-
 PARA præ
 cæteris
 hebdoma-
 dæ diebus
 Sabbatum
 deputave-
 rit huic a-
 nimarum
 liberatio-
 ni?
 Cur autem serenissima Virgo voluerit Sabbato potius quam ali-
 hebdomadis die, Fratribus & Confratribus suis in expiatorijs igni-
 bus existentibus, subvenire, & illo exinde eripere, non est nostrum
 quærere; quia non est nostrum leges ei præfigere aut præscribere, quæ
 aut quando auxilium illis præstare debeat; congruè tamen de
 Sabbatum, tanquam diem ipsius cultui dedicatum: ut patefiat Fil-
 libus, quanti sit piè venerari, colereq; DEIPARAM; cujus quibet
 cunq; festum, etiam minimum (quale est, quod Sabbato peragitur)
 adeò gratiosum est apud Deum, & tanta beneficentia ac liberalitate
 ergà animas purgatorij illustratur. Vide sis de his fusiùs differentia
 P. Gregorium Nazianzenum à S. Basilio in *Adoptione Parthenica* 2. part.
 Cap. 48.

In MARIA
 Patrona. RÆ dicatum sit, paucis tradit P. Lezana ex varijs Authoribus, titu-
 29. lis, ac rationibus, quorum non infima est, quod sicut Sabbatum
 Quare Sab- septima dies Saturno Deorum patri ab Ethnicis olim dicata fuit, sic
 batum Dei- veri DEI parens MARIA Sabbatum sibi elegit, in quo admiranda sua
 paræ dica- beneficentiæ, potentiæq; opera & prodigia hominibus exhiberet.
 tum sit? Hinc

Hinc tot legimus hoc die à DEIPARA beneficia & miracula sibi devotis, atq; etiam peccatoribus propitiùs præstita. Quod è diversis Authoribus ac historijs Lezana demonstrat, tandemq; suum discursum his concludit verbis: Meritò proinde Fratribus ac Confratribus nostris adaptant nonnulli veluti à clementissima DEIPARA ipsis dictum, illud Job. 5. Cap. in sex tribulationibus liberabo te, & in septima (id est Sabbato, quæ est dies septima) non tanget te malum, propter singulare patrocinium eo die illis exhibendum: & præostensum in ELIA antesignano, qui, ut notat S. Thomas 22. q. 122. art. 4. ad 3. fugit à facie Jezabel in die Sabbati; & in ELISÆO secundo Ordinis vexillifero, qui filiam Sunamitidis Sabbato resuscitavit, prout notat Tertullianus lib. 4. contra Marcionem. Plura circa hoc legi poterunt apud Laurentium Chryso- gonum 1. part. Mundi Mariani discurs. 11. num. 108. & seq. qui postquam permulta miracula olim à Christo Domino die Sabbati facta ex Evangelio recensuisset, quæ etiamnum hodie spiritualiter fieri à DEIPARA demonstrasset, concludit his verbis: Hæc aliq; innumera misericordie opera, tam corporalia, quam spiritualia prævidens Salvator Matrem suam in totius generis humani beneficium operaturam, complacuisse sibi visus est mirifice in SABBATO, ac proinde hujusmodi piensissima æque ac stupendissima opera perpetravit, quo magis dies ille honori parentis dilectissima olim dicandus, toti mundo magis esset venerabilis &c.

NONO, obijcitur varietas ac diversitas contextus & tenoris ipsius Bullæ Ioannis XXII. ex qua concludunt illam legitimam non esse.

RESP. Concedendo aliquam reperiri varietatem in extimo verborum cortice apud varias Bullæ Ioannis exscriptores. Sed hæc diversitas nihil obest, cum sensus sit planè idem, saltem in asserenda Bullæ substantia, ut hic sanè prorsus idem est in omnibus variantibus lectionibus. Et eodem summo jure, inquit Raynaudus, anxie cavilandi circa voces discrepantes, æque agi posset adversus varietatem multarum scripturarum, quas Christus & Apostoli allegarunt, eodem semper sensu, sed cum variatione aliqua in minutijs, aut cortice vocabulorum. Item varij Evangelistæ eandem Christi sententiam, diversis sepè verbis enunciant. Quis eos dissidere idcirco dicat? Nihil obstat marrandi diversitas, ubi eadem dicuntur: ait Augustinus adductus in Decretalibus de verbor. significat. Et S. Gregorius: Sensum non verba considerare debemus

116.

Dissolvitur
nona objec-
tio.

Loc. cit. par.
2. q. 2.

Cap. 7. lib. 19

Epist. 28.

debemus

Add. C. Ni-
bil.

Loc. cit. c. 6.
§. 2.

Unde pro-
cesserit ali-
qualis ver-
borum va-
rietas de-
prehensa
in quibus-
dam exem-
plar. Bull-
æ Sabba-
tinæ ?

debemus. Panormitanus deniq; : *Diversitas verborum non vitiat, si idem in substantia concludatur.* Hoc in plerisq; allegationibus antiqui testame-
ti per Christum & Apostolos factis deprehendi, sensu sæpè allegati
absq; verborum cortice, subjectis plerisq; exemplis docentia præta-
Raynaudo citati Mariana atq; Ribera. Imò, ut observat P. Irenæus,
ipsa oratio Dominica *Luce Cap. 11.* non eodem modo refertur, quo
apud aliàs; nam ibi quinq; tantùm recensentur petitiones cum Ma-
thæi 6. *Cap. septem* distinctè referantur: indè tamen nemini suspensum
fuit unquam oratio Dominica aut visa reiicienda. Non est ergò loco
ènda vis in aliquali verborum diversitate in hoc negotio deprehendi-
cum sensus semper sit unus idemq; ut deprehendet quicumq; illas ad se
vicem conferet: potuit autem ea in vocibus variatio accidere ex eo
quod aliquis non nactus exemplar autographi, aut apographi Bullæ
Ioannis, aut pertæsus eam ad longum exscribere, sensum representandi
compendiò: vel ut aliquid in speciem obscurum efferret clarioribus, ad-
hibuit brevem paraphrasim, undè vocum nonnulla varietas, salutaris
ritate, cui soli præcipuè est prospiciendum.

Aliam hujus diversitatis causam adducit R. P. Daniel in *Vita
Carmeli num. 816.* [Potissimum, inquit, orta videtur ea variatio
multiplicibus transcriptionibus, & magna discernendi veteris charac-
teris difficultate, atq; antiquæ orthographiæ varietate. Hinc quibus-
dams verbis, terminis, particulis, aliter & aliter in diversis exem-
plaribus expressis, aut quasi ex conjectura positis, aut interpunctio-
nibus non uniformiter ordinatis, varietas inter exemplaria, & conse-
quenter major contextus ipsius Bullæ obscuritas causata fuit.] &c.
Confert deindè *ibidem* inter se tria exemplaria Bullæ Sabbatinæ, Ro-
manum, Genuense & Mechliniense, adnotando discrimen, quod inter
illa intercedit, quod sanè modicum & prorsus accidentale & non
substantiale est.

II 7.

Refellitur
decima im-
pugnatio.
Ad Luciniū
Epist. 28.

DECIMO, Obijciunt alij annorum discrimen, quibus dic-
tur esse promulgata: à nonnullis enim primò, ab alijs sexto Pontifi-
catus *Ioannis* data asseritur; quod manifestè arguit legitimā minimè esse
R E S P O N D E T Theoph. Raynaudus ridiculè obijci hanc va-
rietatem in annorum numero adscripto Bullæ *Ioannis*, cum conferat
eam varietatem librorum oscitantia tam sæpè irrepere, ut S. Hiero-
nymus advertit, ac conqueritur, quem de hoc lubet paucis hic re-
dire:

dire: *Si paragrammata repereris, vel minus aliqua descripta sint; quæ sensum legentis impediunt, non mihi debes imputare, sed tuis & imperitiæ Notariorum Librariorumq; incuriæ, qui scribunt non quod inveniunt, sed quod intelligunt: & dum alienos errores emendare enitentur ostendunt suos &c.*

RESPOND. II. inde sequi posse videtur corruptam esse apud aliquos Authores, & quibusdam in circumstantijs accidentarijs vulgatam *Ioannis Bullam* (vulgatam appello, quæ vulgò solet citari scilicet *Sacratissimo uti culmine*) at salva nihilominus, & integra perseverat quoad substantiam, uti jam supra diximus. Nec urgeas Bullæ substantiam recipere non posse certitudinem, quam diu datum est incertum: id enim falsum esse constat; cum ob dissensionem, sive in annorum designatione, sive in alia circumstantia accessoria, apud Authores repertam, nullus prudens arguat historiam falsitatis. In omni enim tam sacra, quam profana historia, nihil magis obvium est, quam discrepantia in annorum supputatione, & controversia de quibusdam nonnunquam circumstantijs, quæ substantiæ rei nihil omnino officunt. [Nihil certius, (inquit P. Irenæus *loc. cit.*) incarnati, natiq; VERBI mysterio, vix tamen aliquid minus certum anno, quo in carne VERBUM apparuit. Ratam habent Catholici inventionem S. Crucis, cujus nihilominus circumstantiæ adeò sunt varix apud Authores, ut conciliari nequeant. Vixisse S. *Vrsulam*, SS. *Christophorum* & *Georgium* & alios ejusmodi, nemo est, qui neget, etsi fermè in infinitis differant, qui eorum acta describunt. Uno verbo, *Annales* vix aperueris, quin occurrant controversiæ de circumstantijs alicujus rei, cujus substantiam ut certissimam admittunt. Authorum igitur discrepantia circa datum vulgatæ *Ioannis* Sabbatinæ aliud non evineit, nisi deceptos fuisse aliquos in transcribendo Bullæ dato: quod substantiam narrationis non temerat.]

Queres, quenam sit probanda lectio, quisvè annus alteri præferendus? *Respondeo* cum præfato P. Irenæo certare Authores non imparibus momentis. *Sextus* ex Genuensibus alijsq; authenticis Instrumentis colligitur: *Primus* à nonnullis Authoribus, quos secundum authentica emendandos nemo dubitat, nisi litteræ tenor, vel detrimentum aliud suadeat. Utraq; sententia seorsim accepta probabilis est, *id est*, neutra involuit repugnantiam aliquam: quidquid verò hic fenseris circa Bullæ expeditionem, idem quoad temporis rationem

Y

senti-

Paragramma est mutatio inversioq; litterarum, inquit ibidè interpres; ut si pro *κόλακος* dixeris *κόλακος*.

Disceptatio circa annorum supputationem, & alias circumstantias accessorias non adimit veritatem historijs quoad substantiam.

118.

Privil. 2. contrōd. 7. In Vin. Carmel. num. 835. sentiendum erit circa apparitionem B. Virginis, de qua supra diximus. P. Philibertus Fezayus, P. Daniel & quidem alij conantur utramq; sententiam conciliare, dicendo anno primo expeditam fuisse Bullam, & anno sexto confirmatam ac promulgatam.

Non deficient alia argumenta, licet plane futilia, quibus scilicet Privilegium ac Bullam, ingenia quædam tumultuosa ac turbida, quæ omnibus concutiendis novandisq; student, convellere solent. Ex horum numero fuit Joannes Launojus, Nortmannus qui primus frontem atterere, & apertè in illam invehi cepit. Hoc Aristarchum his celebrat verbis Theophilus Raynaudus in *prolato* *part. 2. Scapularis Mariani: Passim innotuit ingenij ejus prurigo, qua celebratem captans ex sensuum antiquorum convulsione, collisus est cum bona parte Religiosorum Ordinum, qui in Gallia florent, nimirum cum Benedictinis, Carthusiis, Dominicanis, Societatis JESU, sed maximè cum Carmelitanis, & ejus opus moliens, etiam sanctos Calites à multis sæculis veneratione populari frequentatos, novus Censor exauctoravit, & Cælo defectos inter fragmenta projecit &c.* Quam verò inaniter adversus receptissimam pietatem (privilegiatam Carmelit. SCAPULARE) arma moverit, deq; ea, quæ triumphata sit gloriatus, abundè demonstrat ejus impugnationibus obviando Joannes Cheron Burdegalensis, in *Vindicijs privilegii Scapularis*; Thomas Aquinas à S. Joseph, Aquitanus, in *duplici Dissertatione pro sodalitate sac. Scapularis*; Philibertus Fezayus, Doctor Aquitanus *Lib. de duplici Privilegio Scapularis Mariani*; Irenæus à S. Jacobo Rheimsensis in *Tract. Theologico de singulari Virginis protectione*, & novissime profatus Theophilus Raynaudus Soc. JESU, in opere inscripto, *Scapularis Partheno-Carmeliticum illustratum & defensum &c.* quod Opus omnibus ita perplacuit, ut intra modicum temporis spatium quater in diversis Regionibus recudendum fuerit. Hic in *2. part.* ejusdem operis §. postquam præclare adversariorum fatistecisset objectionibus, suam conclusit responsionem verbis. [Quid dignum tanto honoris tulerunt impugnatores indulgentiæ Sabbatix, & liberationis Sodalitium sacri SCAPULARIS è purgatorio, beneficio DEIPARÆ. Quomodo tumentes vesicæ crepuerunt, salva veritate Privilegij Virginis pro ipsa? Non sunt ergò implanati Fideles, ut mentem iniquitas sibi. Sed veritas admodum pia, cui nihil solidè opponi potest, magno Fidelium commodo, à pluribus jam sæculis per omnia Christiana-

Christianas oras, bonis quibusq; faventibus, ipsaq; Ecclesia annuente, disseminata est & propagata.]

JUVAT in hujus Capitis calce duo, quæ circa *Ioannis & Alexandri* diplomata observat præfatus P. Irenæus exseribere. Primum Sabbatinam asseri debere, etiamsi vulgati *Ioannis & Alexandri* textus non essent legitimi. Hoc suadent omnino laudatæ pridem Pontificum Constitutiones, quæ fidem faciunt, promulgasse *Ioannem* Sabbatinam atq; *Alexandrum* confirmasse: at quibus verbis litterisq; id ambo egerint, non declarant. Vulgatam igitur lectionem sive admittas, sive rejicias, perseverabit Sabbatina, quamdiu præfatarum *Clementis* & aliorum Pontificum Bullarum fides erit integra & incolumis. Quod velim observatum, ut evidens fiat, quantum differant argumenta, quibus Sabbatina secundum se impugnatur, ab alijs, quæ vulgatas ejusmodi evertunt Constitutiones. Esto enim verò dem (quod non concedo) legitimas non videri vulgatas, quid tandem inferes? nullam esse Sabbatinam? Hoc pernego: nam fundamentum mihi superesset asserendi Sabbatinam; nempe citata & indubitata aliorum Pontificum diplomata, quamvis nullum suppeteret defendendi vulgatas. Rogas, quænam tunc ea sit, & qualis Sabbatina? Respond. Eam esse, cui testimonium adhibuere laudati Pontifices: ejus tenorem suis insertum litteris voluit *Clemens VII.* cujus naturam purpurati Patres autoritate *Pauli V.* anno 1613. declararunt.

Alterum vulgata *Ioannis XXII. Sacratissimo uti culmine &c.* germanam esse atq; legitimam quoad substantiam Sabbatini privilegij, etsi in circumstantijs passa fuerit aliquod detrimentum. Substantiam appello, quod præcipue intendit Bulla, diciturq; à Logicis *subjectum*, *materia*, *primarium objectum &c.* ab Æthicis *consilium*, *finis*, &c. Circumstantias intelligo litterarum, phrasim, verba, contentorum ordinem, dispositionemq; & alia ejusmodi. Incorruptam esse Bullam quoad substantiam Sabbatinæ indulgentiæ, probatur ex alijs Pontificum Constitutionibus, quas antea intemeratas demonstravimus, quibus hæc in parte conformis est vulgata *Ioannis* Bulla, uti ex mutua illarum collatione constabit. Passam autem fuisse *Ioannis* Bullam detrimentum aliquod in circumstantijs, ex eo patet, quod integra non recitetur, sed interceptis cum clausulis: sensus in aliquibus sit satis obscurus: annus, quo data est Bulla, varius sit apud aliquos, atq; ex alijs ejusmodi, quæ prætermitto tanquam facilia.]

119.

CAPUT VIII.

Quid sentiendum sit de privilegio animarum &c. per Bullam Sabbatinam manifestato?

Asseritur divini Officij, Pontificia, purpuratorum Patrum, Antistitumq; Authoritate ac suffragio.

I20.

DISSERUIMUS hæc de revelatione Ioannis XXII. de Bulla Sabbatina, per ipsum promulgata, per quam DEIPARÆ apparitio & revelatio ipsi exhibita innotuit. Restat nunc ut de re ipsa revelata, Privilegio scilicet Sabbatino, seu liberatione animarum e purgatorio nonnulla dicamus. Quærimus ergo in præsentibus, utrum re ipsa ita sit, quod animarum eorum, qui Confraternitati B. MARIE V. de Monte CARMEO adscripti fuere, sacr. ejus SCAPULARE gestando, & præscriptis ab eadem munera observarunt, Sabbato ab eorum obitu, si contingerat eas purgatorio addici, inde eripiantur? Priusquam quæsitio satisfaciamus, nonnulla observanda & supponenda veniunt.

Post iudicium universale nullæ manebunt animæ in Purgatorio.

Origen. Hom. 14. in Luc.

Lib. 21. de civit. Dei. cap. 16.

Utrū ultra decennium nullæ detineantur in Purgatorio?

Nō est contra vindictivā Dei iustitiam,

Supponendum est *primò*, animas purgatorio adjudicatas tam diu in illo detineri, donec pro peccatis suis actualibus satisfaciendo Divinæ iustitiæ satisfaciant, vel aliorum satisfactiones pro eorum compensationem poenarum culpis illarum debitarum DEO obtulerint: ideoq; contingere non rarò solet, ejusmodi animas per multum ibidem annis hæere; non quidem ita, ut aliqua etiam post iudicium universale sint ibi mansuræ adhuc purgandæ (quam opinionem in errorem quidam tribuunt Origeni) cum Augustinus dicat, purgatorias penas nullas futuras, nisi ante illud ultimum tremendumq; iudicium; neque etiam ita, ut ultra decennium nulla ibi detineatur, ut videtur sententia ex levibus quibusdam conjecturis permotus Soto in 4. d. 19. q. 1. art. 2. verum secundum proportionem & mensuram poenæ, quam DEUS æquissimus Iudex taxavit, pro peccatis exsolvendæ.

Supponendum est *secundò*, non esse contra vindictivam DEI iustitiam, si subindè nonnullæ animæ, propter oblata ab alijs pro peccatis opera satisfactoria, citius liberentur, quam exigebat reatus poenarum delictis

delictis suis debitarum. Cujus ratio est, quia talia opera æquivalent pœnis illis temporalibus, quas justo DEI judicio animæ istæ ibidē pe-
 pesserunt erant; adeoq; hæc, ex parte ejusmodi opera offerentis, inter-
 cedit ratio justitiæ commutativæ, per quam DEO æquivalens satisfac-
 tio redditur; ex parte verò DEI manet integra illæsaq; ratio justitiæ
 punitivæ. Et hinc est, quod P. Suarez eum S. Thoma, alijsq; per-
 multis Theologis doceat, satisfactionem viventium pro defunctis esse
 simpliciter de justitia, & infallibiliter acceptari secundum totum suum
 valorem.

TERTIO supponendum est, licet ita sese res habeat, quod per
 opera satisfactoria DEO offeratur æquivalens compensatio pro pœ-
 nis, quas in purgatorio luituræ erant illæ animæ, attamen nobis
 nonnisi per revelationem constare potest, an illæ animæ de facto libe-
 rentur: quia ignoramus, an ex parte nostra debitis modis, ac re-
 quisitis cum circumstantijs peregerimus ea opera, pro commutatio-
 ne talium pœnarum necessaria.

QUARTO supponendum est, sicuti Spiritus sanctus, licet om-
 nibus sacrarum litterarum Scriptoribus semper & specialiter adstite-
 rit, ne in scribendo errarent, non tamen omnibus semper immediatè,
 & de novo revelavit, quæcunq; scribenda erant, verum quandoque
 aliquos excitavit solum, ut audita, vel visa scriberent, interim iisdem
 specialiter adfuit, ac direxit, ne laberentur, uti patet ex S. Luca in
 principio sui Evangelij: nihilominus tanta & non minor fides adhi-
 betur his ab Ecclesia, quam illis, qui immediatè ex Divina revelatio-
 ne scripsere. Ita, proportionem tamen servata, dico de revelatione
 facta summis Pontificibus de re aliqua gravissima, & Ecclesiæ propo-
 nenda. Sicut enim illis, quibus immediatè fit Divina de hujusmodi
 re revelatio, Spiritus sanctus adfuit, ne facillè labantur, ita reliquis
 Pontificibus, qui postmodum eandem rem ex auditu approbant,
 confirmant, ac de novo publicè proponunt Ecclesiæ, specialiter Spi-
 ritus sanctus assistit, esto talis res nō concernat dogma fidei, vel mo-
 res. Non quod in particularibus quæstionibus & controversijs facti
 non possint errare Pontifices, sed quia in hujusmodi gravioribus ma-
 jorisque momenti quæstionibus speciali Spiritus sancti assistentia di-
 riguntur, ne facillè errent.

His præsuppositis dicendum est, re ipsa ita esse, quod animæ
 illorum,

si propter
 aliorum
 satisfactio-
 nes quædã
 citius libe-
 rentur,
 quàm earū
 exigebat
 reatus.

Tom. 3. in
 3. p. disp. 48.
 sect. 6.

Licet satis-
 factio vi-
 vèntium pro
 defunctis
 sit de justi-
 tia, non ta-
 men nobis
 constat, an
 de facto li-
 berentur.

Luc. cap. 1.

Afferitur
Privilegiū
Sabbatin.
Pontificiā
authorita-
te ac suf-
fragio.

illorum, qui in vita sua habitum seu Scapulare B. V. MARIE de Monte Carmelo gestarunt, & servanda observarunt, quanto cyus berentur à pœnis purgatorij, post eorum obitum, præsertim ipso die Sabbati, qui specialiter eidem beatissimæ Virgini dicatus est.

Hoc assertum ut certum & indubitatum habendum est, cum obsumptum sit, & iisdem fermè verbis contineatur in supra productis apostolicis litteris, Romanorumq; Pontificum decretis, quos collat ex SS. Patrum sensu esse *Os & linguam Ecclesie*, quæ in rerum piarum determinatione hallucinari non potest, cum Spiritum sanctum habeat ducem & moderatorem.

Nihil etiam continet Divinæ Justitiæ in puniendis peccatis actibus, vel venialibus, vel mortalibus quoad culpam pœnamq; æternam remissis adversum; aut Catholicæ fidei; probatæ Theologiae sanæq; doctrinæ contrarium, uti ex hæcenus dictis liquidò constat constabitq; amplius ex infrà dicendis.

Fuit divinitus revelatum Joanni XXII. & authenticè in Ecclesia publicatū.

Præterea hoc Privilegium Joanni XXII. summo Pontifici, in superioribus Capitibus demonstravimus, cælitus revelatum fuisse, & per authenticum Diploma legitime in Ecclesia propositum, ergo verum, indubitatumq; erit. Consequentia patet ex ultima suppositæ ne mox exposita. Nam in rebus istiusmodi specialiter summis Ecclesiæ Pastoribus Spiritus S. assistit, ne facile labantur in similibus approbandis, publicèq; in Ecclesia proponendis.

Licet autem hujus privilegij revelatio JOANNI Papæ exhibitæ non sit de aliquo determinatè & in particulari, est tamen in generali in communi, quod ad veritatem hujus propositionis omnino sufficit. Imò hoc debet Confratres reddere cautiores, sollicitioresq; ut attentius satagant præscriptis sibi muneribus satisfacere; cum contingere possit; quod non obstante hoc Sabbatinæ Bullæ privilegio quispiam particulari nec quanto cyus, nec Sabbato ab expiatorio igne eripatur: vel quia nonnunquam neglexit aut intermisit præscriptas à DEO PARA hujus Privilegij ergo obligationes ac munera: aut si nunquam prætermisit, segnius tamen atq; indiligentius illa præstitit, nec respicienda cum pietate ac perfectione. Hæc verò quàm sint conformia legi & in Ecclesia receptæ doctrinæ nemo non videt. Imprimis enim quislibet gestans Marianum Scapulare, ejusq; Sodalitio adscriptus semper incertus est, & ignorat, utrum sibi in particulari hoc proderit privilegium,

legium, ideoq; per hoc excitatur ad frequentanda, minimeq; negligenda alia pia opera, & media ad evadendos purgatorij cruciatus. Impellitur deinde quilibet ad ritè perfectèq; præscripta Confraternitatis munera, pietatisq; opera obeunda: qualia sunt, castitatem pro suo statu colere, Officium DEIPARÆ recitare, aut jejunia & abstinentiam observare, &c. quæ pro hujus privilegij adeptione necessaria sunt. Deniq; ex hoc privilegio, & communicata de eo Ioanni Pontifici revelatione, constat contra nostri temporis hæreticos, & Purgatorium esse, & animas ibidem detentas juvari precibus Sanctorum, & operibus bonis satisfactionibusq; vivorum. Hæc verò omnia tantum abest, ut sanam Catholicamq; doctrinam offendant, ut eam haud parum etiam confirmet, ac promoveant.

Probatum præterea nostra assertio auctoritate complurium Pontificum privilegium Sabbatinum, per Bullam JOANNIS XXII. divulgatum, comprobantium, Alexandrum V. Clementem VII. Pium V. & ut transeam alios, Gregorium XIII. suis Apostolicis Diplomatum privilegium Sabbatinum in Bulla JOANNIS contentum, iterum iterumq; legitime comprobasse, confirmasse, corroborasse, Christiæque Fidelibus proposuisse, satis superq; supra demonstratum est; at juxta ea, quæ in quarta suppositione diximus, non modo ijs Pontificibus, quibus immediatè quidpiam revelat Spiritus sanctus, Ecclesiæ proponendum universe, specialiter afflittit, ne facile aberrant, verum etiam eorundem successoribus, qui decursu temporis idipsum comprobant, confirmant, similiterq; publicè proponunt, ac promulgant; ergo eandem fidem promerebuntur, cum utrisq; uti dictum est, specialiter Spiritus sanctus adsit.

Neque obstat, si dicas Pontifices in similibus occasionibus solere uti consilijs Theologorum, inquisitionibus, & informationibus, &c. quæ necessaria minimè forent, si Spiritus sanctus specialiter ijs afflitteret, & similia revelaret, cum is inquisitione, consilioq; hominum non egeat; nam etiam in rebus fidei proponendis ac definiendis solent adhibere & præmittere varias inquisitiones, consultationes, & uti medijs hunc in finem à DEO concessis, qualia sunt, Scriptura sacra, traditiones Divinæ & Apostolicæ, Concilia, doctrina SS. Patrum, Doctorumq; Ecclesiæ, rationes naturales, & his similia, pro ratione materiæ, & quæstionum difficultate; quod jam inde à temporibus

122.

Referuntur Pontifices, qui illud comprobant, confirmant, &c.

A. 15.

I 23.

Afferitur
Decreto
Pauli V. &
sacr. ge-
ner. Ro-
man. Inqui-
sitionis.

Cur Privi-
legiū Sab-
bat. de ve-
ritate mi-
nimè su-
spectū sit?

ribus S. Petri, primitivæq; Ecclesiæ, ad hoc usque tempus observa-
tum videmus. In primo quippe omnium Concilio S. Petrus exactis-
simam inquisitionem, antequam in alterutram partem quidquam su-
tueret, adhibuit. Qua præmissâ, ait: *Visum est Spiritui sancto, & nobis, &c.*
Non ergo opus alienum à Spiritu sancto sunt disquisitiones ac con-
sultationes, quas Pontifices in comprobandis ac confirmandis præ-
decessorum suorum decretis præmittunt, adhibentque: nec minus
Spiritus sanctus ipsidem adest, quàm illis, quibus immediatè de re ab
qua facta est divina revelatio.

Solidissimum quoque nostri Privilegij seu asserti testimonium
& ineluctabile præbet firmamentum, Decretum sacræ & generalis In-
quisitionis, jussu Pauli V. anno 1613. Romæ editum, quod supra O-
pit. IV. num. 98. ad verbum exscripsimus. Circa quod pauca præ-
hinc observanda veniunt.

Primum, mandari hoc Decreto universis Pontifice supremo
inferioribus, ut permittant, & non prohibeant Carmelitas prædicare
& publicare in Ecclesia hoc Privilegium: *Patribus Carmelitanis permi-
tatur prædicare, &c.*

Secundò, permittuntur prædicare hoc Privilegium non uni par-
ticulari Regioni, Provinciæ, Regno, Reipub. &c. sed toti Ecclesiæ,
quod *populus Christianus, &c.*

Tertiò, potest populus Christianus piè credere, ope & adjutorio
B. MARIÆ Virg. liberari animas suorum Confratrum à poenitentia
gatorij: *Quod populus, inquit, Christianus possit piè credere, de adjutorio be-
atarum Fratrum ac Confratrum sodalitatæ beatissimæ Virginis MARIÆ de monte
CARMELO, videlicet Beatissimam Virginem animas Fratrum & Confratrum in
charitate decedentium, &c.*

Quartò denique advertendum, Decretum hoc judicalem esse
sententiam ac definitivam Sedis Apostolicæ, & sanctæ generalis Inqui-
sitionis Romanæ, ut infra plenius docebimus.

Ex prima observatione deducimus, falsitatis argui non posse
hoc Privilegium. Nam Ecclesiæ gravissimè noceret, si falsa impudenter
prædicarentur populo Christiano, sciente, suadente, ac permittente
Fidei magistro, summo Pontifice; & ne id contingat, Spiritus sanctus
in ejusmodi rebus decernendis, & in Ecclesia, vel per ipsum, vel per
prædicatores, & verbi DEI præcones proponendis, specialiter ei as-
sistit.

fistit. Hinc est, quod alij Doctores, & aliarum Ecclesiarum Rectores, jam inde ab exordio nascentis Ecclesie ad Romanum Pontificem, tanquam ad Fidei Magistrum, & ad solidissimam veritatis petram semper provocarunt, & confugerunt, quotiescunq; aliquid, de quo ambiguum erat, an orthodoxe Catholicęq; doctrinę consonum esset, in suis Provincijs ac Diocęsibus populo Christiano predicari intelligerent, ut de veritate certiores ac securi redderentur. Hoc testatissimum facit *Epistola S. Hieronymi 57. ad Damasum Pontificem*, in qua ipsum, & Romanam Ecclesiam velut cęterarum matrem, & ad quam majores Fidei quęstiones referri solent, consulens, quid incerta (de qua maxima erat inter ipsos Episcopos disceptatio) fidei materia credere debeat, postulat.

Ex secunda observatione discimus, quanti momenti sit negotium hoc Privilegij Sabbatini; licet enim videatur tantum esse facti particularis, est tamen planę gravissimum, cum de consilio & consensu Pontificis, ac sacre Romanę generalisq; Inquisitionis, proponi possit ac predicari universo populo Christiano. imo R. P. Raynaudo visum est, non ad facta duntaxat, verum etiam ad doctrinam suo modo pertinere hoc Pontificis Decretum, ut ex ejusdem mox referendis verbis constabit.

Ex tertia observatione habemus, hanc assertionem Privilegij Sabbatini eam obtinere autoritatem & firmitatem, ut infra Fidei dogmata nequeat habere majorem, cum inter ea referatur, quę ab universis Fidelibus pie credi queunt; quid sit autem *pie credere*, infra enucleatius exponemus ex doctrina Angelici magistri *Quodlib. 9. art. 16.*

Ex quarta denique deducitur, standum esse huic Decreto ab omnibus sive Ecclesiasticis, sive Sęcularibus, &c. cujus ratio est, quia judiciali, definitivęq; sententię Romani Pontificis subditur omnis potestas, etiam sęcularis, in his, quę Ecclesiam spiritualiter concernunt: quale hoc est Privilegium; ita N. Thom. Waldensis *lib. 2. doctrinal. Fidei, Soto dist. 25. quęst. 2. Navarr. in cap. novit. de jud. not. 3. & alij.*

Fuit tamen nonnemo, qui satis audaciter ausit reclamare, affirmans, hoc Scapularis Privilegium non esse predicandum populo, & hoc predicare esse magnum scandalum. quem dedocere, & accuratius erudire, hoc

Omnes du-
bix fidei
quęstiones
ad summũ
Pontificem
decidendę
referri de-
bent.

Quanti
momenti
negotium
sit Sabbati-
num Privi-
legium?

Cujus sit
authorita-
tis?

Decretum
Pauli V. de
Privil. Sab-
bat. habet
rationem
definitivę
sententię; &
quid inde
sequatur?

124.

Z

hoc

hoc. citat. part. 2. quest. 5. P. Raynaudus docet Thó. Hurtadú quid censendú, ac quomodo loquendum sit de prefato Pauli V. Decreto. hoc subjecto voluit R. P. Theophilus Raynaudus discursu. [Liquet (inquit) Hurtadum manifestè corrigere Decretum Pontificium, quod jubetur, ne quis Episcopus, aut Fidei quæsitör, vel alius quicumque obstrepat Carmelitanis pro concione promissionem de qua agimus, (videlicet de adjutorio præstando animabus, & Purgatorio detentis) è contrario Hurtadus non vult eam prædicari, vel permitti ut prædicetur: idq; ait esse certum: & secus facere, est magnum scandalum, quo nihil potuit injuriosius in Pontificis Decreto proferri, sed homo solitus omnia sua sensa venditare, & oraculis, impegit hic in petram, in quam quisquis arietat, ipse confringitur, ut ait S. Augustinus, &c.] mox subjungit.

[Insuper ex Pontificio hoc Decreto inferendum est, quantumcumq; pungere videatur difficultas, in qua enodanda versamur, nequaquam tamen succumbendum ei esse: cum sit certum erroneum esse, & cum periculo Fidei violandæ conjunctum asserere permisionem, de qua agimus, non esse piam & probabilem. Quomodo enim non esset pium & probabile, quod Pontifex vult nemine contradicente spargi ad populum? ita ut non possint immediati circa Fidei Excubitores prohibere, quominus hæc promissio publicè proponatur? si enim res secus haberet, & hæc assertio promissionis supradictæ contineret doctrinam fermentatam, & furfuribus admixtam, Pontifex erraret, non jam in facto (circa quod Pontifices, tanquam homines ex falsa informatione possunt decipi) sed planè in doctrina, quam Pontifex docet esse piam, & idoneam, ut tanquam pium postulatum proponatur ovibus Christi: cum tamen aliter res haberet. At hoc dicere sorderet intollerabili errore: & quantum arbitror hæreticum quod monstro in exemplo. *SIXTUS IV.* gemino Decreto relato in Corpus Juris, & firmato in Concilio Tridentino, ac per multos subsequentes Pontifices, declaravit, hanc propositionem *B. Virgo est concepta sine peccato originali*, esse piam & probabilem. Unde qui dicit hanc propositionem modalem, *pium est ac probabile ita sentire de Conceptione*, esse falsam, & Pontifices ac Concilium in ea tradenda errasse, non esset immunis ab hæresi, quia impingeret Magistris Fidei errorem in doctrina. Esto enim propositio de inesse, substrata huic propositioni modali, non sit de fide, imò possit sordere falsitate speculativâ (tamen non practicâ, quia prudenter existimatur vera, probabiliter

babiliter ac piè) at speculativâ falsitate possit sordere. Hoc nemo debet negare. Ecclesia siquidem nihil adhuc definivit de puritate Conceptionis, spectatâ absolutè. Definivit tamen pietatem, & probabilitatem assertionis affirmantis eam puritatem. Unde huic definitioni obistere, sordet errore in Fide, non autem absoluta inficiatio puritatis Conceptionis. Idem igitur dico de permissione, quam excutimus. Nimirum supposito Decreto Pontificio, non posse salvâ fide negari, quod pium sit & probabile, eam permissionem habere pro vera: & quod possit licitè, & sine scandalo prædicari populis, & quod Bulla JOANNIS, qua hæc promissio continetur, non sordeat errore: nec sit ab homine Catholico reiicienda, tanquam seminium scandalorum, aut contemptus mediorem salutis à Christo institutorum. Mirabile verò esset tot Pontifices, & tot oculatissimos Argos, qui cum eis excubant circa doctrinam sanam, cœcutivissè hac in parte: nec advertissè virus abditum in doctrina toties firmata, & quam disertè Ecclesia annuit prædicari, atque agnoscit piè credendam; proindeq; prudenter, & absq; periculo erroris prædici posse affirmari.] Hactenus ille.

Placuit hanc ratiocinationem tamen longiusculam ex eo describere, quæ id quod dicebamus adeò clarè demonstrat, ut nullus non perspicere possit, modò velit non liventibus oculis aspicere.

QVOD verò *quantocyus* solari, atque educere soleat DEIPARA Virgo Sodalium suorum animas, qui servanda servarunt, è piacularibus flammis, habetur expressissimis verbis, in lectionibus Divini Officij pro festo Commemorationis solemnibus B. MARIE Virg. de monte CARMELO, à sacr. Rit. Congregatione pluries approbati.

Non in hoc tantùm sæculo (verba sunt lectionis sextæ) Ordinem sibi tam acceptum multis prerogativis B. Virgo insignivit; verùm & in alio, (cùm ubiq; & potentiâ, & misericordiâ plurimum valeat.) Filios in Scapularis societatem relatos, qui abstinentiam modicam, precesq; paucas eis præscriptas frequentarunt, ac pro sui status ratione castitatem coluerunt, materno planè affectu, dum igne purgatorio expiantur, solari, ac in caelestem patriam obtentu suo quantocyus piè creditur efferre.

Quam vim & auctoritatem obtineat præfatum Officium, & unde hæc

Z 2

125.

Deiparam solere quantocyus Cōfratr. animas è Purgatorio liberare, probatur Divini auctoritate Officij.

hæc proveniat, quantumvè apud Fideles fidem promereatur, patet
 1. Part. Cap. 6. num. 41. demonstravimus: nonnulla tamen
 dictis adjungenda veniunt.

Quinam Pontifices approbaverint festum Commem. solemn. B. MARIE V. de monte Carmel. ejusq; Officium?
 Animadvertendum imprimis est, *Sixtum V.* anno 1587. die 21. Junij Pontificatus sui anno 3. hoc festum solemniter Commemoratio- nis B. MARIE V. cum nonnullis alijs Festivitatibus Carmelit. Di- calceatorum Ordini proprijs, per Bullam incipientem, *Examinat quod in vobis elucet.* comprobasse ac confirmasse. Quod circa idem Festum, & prædictum officium Commemorationis &c. post *Stratum V.* præstitit *Paulus V.* anno 1609. die 10. Junij, subscribente *Cardine Bellarmino*, qui illud, aliq; officia propria Ord. Carmelit. Exca- de mandato sac. Congregat. recognovit, & approbavit: & *Præfatus VIII.* anno 1628. die 12. Junij, uti patet ex decreto sac. Rituum Congregationis in calce illius libri Officiorum excuso, & relato *P. Irenæo* inter Monumenta *Tractatus de protect. B. V. pag. 3.* & alijs.

Divinum Officium non continet secundum omnes sui partes doctrinam fidei?
 Animadvertendum est *secundò* Divinum Officium non semper secundum omnes sui partes continere doctrinam Fidei, sed quandoque historias pias, quales sunt vitæ & acta Apostolorum, Martyrum Confessorum, aliorumq; Sanctorum, quæ proponuntur non ut certent de fide, verum ut pia & humanitatis credibilia, ac moraliter certa. Ea tamen pars officij, quæ causam seu fundamentum continet aliquæ festivitatis, debet præ cæteris omnimodam habere veritatem, ac certitudinem: quod adeò verum est, ut etiam quando de aliquo, *Sacrosanctorum Fastis* aliàs adscripto, instituenda est specialis aliqua festivitas ob particulare aliquod mysterium, aut rationem. E. G. de *S. Francisco* ob receptionem sac. Stigmatum; oportet ut ratio & fundamentum talis festivitatis, ejusq; subsistentia ac veritas à Romano Pontifice prius examinetur, ac comprobetur, quam tale festum permutetur aut instituatur, etiam in particulari aliqua Diæcesi, aut Provincia: in examinando verò, dijudicando ac comprobando fundamentum hujus festivitatis, ac cultus religiosi in illa DEO exhibendi, *Populo* speciali Spiritus sancti assistentia dirigitur, ne facillè aberrat.

Privilegiū Sabbat. est inter alia causa festi
 Ex qua doctrina deduci & inferri posse videtur, privilegij *Sabbatini* veritas ac firmitas. Cum enim Privilegium hoc sit aliquatenus ratio ac fundamentum celeberrimæ festivitatis Commemorationis scilicet B. V. MARIE de Monte CARMELO, juxta judicium & *Præfati* sententiam

Commem.
solemn. B.
Virg. de
mont. Cas-
mel.

tentiam Sedis Apostolicæ, post præmissum maturum, exactumq; exam-
men ac discussionem sacræ Rituum Congregationis, sequitur illud
omnimodam habere debere veritatem ac certitudinem. Sequela pa-
tet ex mox dictis. Antecedens probatur ex *lectione sexta* prælibati Of-
ficij &c. post verba namq; supra relata subjunguntur hæc: *Tot ergo
tantiq; beneficijs Ordo cumulat* solemnem *B. Virginis Commemorationem,*
ritu perpetuo ad ejusdem Virginis gloriam quotannis celebrandam instituit.

Licet autem hic, festum hoc Commemorationis Ordo instituisse
dicatur, attamen id non fecit, nisi ex indulto Sedis Apostolicæ, &
post discussum, dijudicatumq; ab eadem, sacræq; Rituum Congre-
gatione ejus causa, motivo ac fundamento. Et licet plura in hoc
fundamento includantur à DEIPARA Ordini collata beneficia, ta-
men infimum illorum non est Sabbatinum Privilegium, uti ex ipsarum
lectionum contextu liquido satis patere videtur. His accedunt indul-
gentiæ plenissimæ, quibus eandem Celebritatem in Ecclesia compro-
bare, confirmare ac illustrare voluit eadem Apostolica Sedes.

126.

D I C E S, Privilegium hoc, negotium esse particularis facti,
& non doctrinæ, in quo falli potest Pontifex, ac solis humanis te-
stimonij & informationibus potuisse moveri præfatos Pontifices,
sacramq; Congregationem ad tale Privilegium pro motivo ac funda-
mento dictæ Festivitatæ adjudicando ac comprobando, igitur non
apparet, undè suam habeat firmitatem.

R E S P O N D. Privilegium hoc secundum se præcisè considera-
tum, videri particularis esse facti, prout tamen est ratio & funda-
mentum alicujus festivitatis, cultusq; religiosi in ea DEO exhiben-
di esse maximi planè momenti. Sicuti Canonizatio alicujus Sancti, li-
cet sit negotium particularis facti, quia tamen est maximi in Ecclesia
momenti, plusquam humana fide pollet, &c.

Nec refert, quod in his Pontifex moveatur & innitatur huma-
nis testimonij & informationibus. Quia licet hæc natura sua & præ-
cisè considerata sint fallibiles, nec amplius quam moraliter & huma-
nitus veritatem adstruant, nihilominus prout substant Divinæ provi-
dentia, qua Ecclesiam suam Spiritu sancto dirigente moderatur, & ut
eis Pontifex innititur, ac movetur ad discernendum de ratione ac
fundamento publicæ alicujus festivitatis, majorem asserunt fidem,
quam humanam ac moralem. Eodem planè modo, proportionem ser-
vata, quo in Canonizatione alicujus Sancti contingit: licet enim te-

Z 3

stimonia

testimonia ac informationes hominum natura sua fallere possint, considerando tamen illas, modo jam dicto, plusquam humanam fiderentur. Imò licet contigeret, quod ejusmodi informationes testimonialia, quibus Pontifex permovetur ad aliquid definiendum, quandoq; falsa essent, ejus tamen doctrina definitio, ac decretum fallere esse nequeunt, ob rationem jam insinuatam; atq; adeò ipsius Pontificis inquisitioni, ac diligentis promissa non est infallibilitas, sed personæ definiendi ac docenti ex cathedra, ut scilicet illius doctrina definitio ac decretum falsa esse non possint. Et tamen hoc universaliter intelligendū sit de rebus ad fidem, vel bonos mores attinentibus, piè tamen, juxta doctrinam S. Thomæ, de alijs etiam nonnullis rebus, veluti de Canonizatione Sanctorum, atq; similibus, propositione semper servata, credendum est.

*Quodl. 9.
art. 16.*

127.

Episc. auctorit. ac suffrag. asseritur Sabbat. Privilegium.

Quod sit ipsorum in similib. &c. munus?

Sanctissimorum Pontificum suffragio accedit illustrissimum Antistitum, quod in controversia, in qua versamur, plurimum fau- ponderis habet. Qui sicut à Spiritu sancto positi sunt, ut regerent Ecclesiam DEI, & à summo Pontifice in partem Pastoralis sollicitudinis vocati sunt. Hi, ut utriusq; vocationi atq; expectationi faciant honoris, sollicitè attendere & invigilare debent circa divina maxime, ne profana sacris corrumpantur: ideoq; nullam erigi in Diocesisbus sine Confraternitatem, nullas promulgari indulgentias, nec quicquam simile permittere debent, cujus prius non discussissent rationem, nec examinaverint veritatem, ac proponendi indulserint facultatem. Quis verò recenseat Antistites, quorum auctoritate à pluribus annis erecta atq; confirmata est Mariani Scapularis Confraternitas, atq; per eam promulgata Sabbatina indulgentia, sive privilegium? Quod postremum Episcoporum examen extremum pariter Sabbatini affert momentum. Ut enim in civilibus litteræ Principum supremæ ad Senatum referuntur, non ut ab eo auctoritatem adsciscant, sed ut probetur character Principis, numvè dolus irrepserit, aut quid simile? verum à Senatu semel probatæ rejiciuntur à nemine: ita in rebus Ecclesiasticis summorum Pontificum litteras legunt, & recognoscunt Præsules, plumbum, stylum & alia pro sua sapientia explorant, tandemq; de legitima ejusmodi litterarum natura & qualitate ferunt sententiam. Qua lata, nulli alteri concessa est facultas repudiandi, quod ipsi probaverint. Huc faciunt illa D. Gregorij verba ad Joannem Constant.

*Tom. 4. in
Regist. episc.
38.*

Constant. Episcopum: *Quid Fratres, inquit, tui omnes universalis Ec-
clesiæ Episcopi, nisi astra cæli sunt? quorum vita simul & lingua, inter peccata,
erroresq; hominum, quasi inter tenebras lucent: quæ sanè D. Gregorij sen-
tentia omnem auferre videtur facultatem reprobandi, quod Episcopi
probavère, omnemq; fraudis suspicionem ac tenebras remonent eo
à negotio, quod tot astris fuerit expositum & collustratum. Næ di-
gni non essent infulis ij Antislites, qui hæc omnia permetterent, si
falsa essent, aut suspecta; quinimò ijs annumerandi, de quibus Isaias
Cap. 18. ait: *Canes muti non valentes latrare.**

Hinc si urgeas, inquit Irenæus, quo fundamento Sabbatinum
Privilegium astruam? Remittam ad Episcopos, quorum autoritate
permittitur & erigitur SCAPULARIS Sodalitium. Quo argumento
id ipsi faciunt, eodem ego utor, ut vindicem, quod permittunt. Si
permissam ab Episcopis Confraternitatem SCAPULARIS absque
prævio examine contendas; præfatam opponam primùm sollicitudi-
nem: tum gratis dato, & minimè concessio, quod unus & alter rem
non discussit, illud idem de cæteris, non nisi falsò simulq; perab-
furdè, ac summâ Illustrissimorum Præfulum injuriâ dicam concludi.

LV BET hoc Caput præclarâ quâdam Navarri doctrinâ obfigna-
re, quâ non modò ea, quæ hæcenus diximus, verùm etiam ea, quæ
in sequentibus Capitibus dicemus, confirmantur. *Is, Commentar. in Ru-
bric. de judicijs, num. 52. in fine. docet, [ad habendam firmitatis credu-
litate sufficit testimonium Historiæ sacre, quia in illa nihil est fal-
sum; Cap. Ego solis. dist. 9. Sufficeret etiam Bulla authentica Papæ, vel
Cæsaris, & etiam sententia, quæ in rem judicatam transisset. Arg. Cle-
ment. 1. de probat. & L. res judicata pro veritate habetur. ff. de regul. jur.
Sufficeret etiam instrumentum publicum, legitime confectum: Origina-
le, vel Exemplum cum solemnitate debita ex eo transumptum, jux-
ta cap. 1. & 2. & Cap. Cum Ioannes. & Cap. fin. de fide instrument. Suffice-
ret etiam fama in antiquis, hoc est, quæ ante centum annos contige-
rent, secundum Innocent. in Cap. Veniens. de verborum significat. quem
post alios declarat Decius in Cap. 1. de appellatione. num. 18. Sufficeret
etiam, ut arbitror, testimonium duorum testium, communiter pro
idoneis habitorum & juratorum. Arg. cap. in omni. de testibus. Cap. Cum
esses. de testament. Licet non citatâ parte id factum fuerit; quia illud
magis pertinet ad solemnitatem fori exterioris, quàm ad informatio-
nem*

128.

*Recensentur
varij
modi con-
ciliandi fir-
mam fidem
seu credu-
litate.*

nem interioris *Argum. cap. in Nomine Domini. de testibus.* Hæc si applicentur materiæ, in qua versamur, facile apparebit asserti nostri de Sabbatino Privilegio omnimoda veritas ac firmitas.

CAPUT IX.

Confirmatur Bullæ Sabbatinæ privilegium ex doctrina S. Thomæ, communiq; judicio ac sententia celeberrimarum Universitatum, plurimorumq; Doctorum per IV. ætates sibi succedentium.

129.



I ea, quæ hæcenus produximus, maturè perpendantur poterunt, meo judicio, omnem intellectum benè dispositum ad piè credendum, & benè sentiendum de privilegio Sabbatino non ægrè, imò vel reluctanter pertrahere non pauca verò supersunt argumenta haud levis ponderis ac momenti, quæ juncta superioribus Lectorum animos excisis scrupulis universis facile omninò convincent. S. Thomas differens 22. q. 171. de essentia Prophetiæ, docet art. 5. dupliciter à DEO moveri & instrui Prophetam in rebus occultis, seu revelandis, aut per revelationem expressam, aut per inspirationem sive instinctum occultum. *Mon.* inquit, *Propheta dupliciter à DEO instruitur: uno modo per expressam revelationem: alio modo per instinctum quendam occultissimum, quem nequam humanae mentes patiuntur, ut Augustinus dicit super Genesim ad litteram.* Inter hos verò duos modos non exiguum discrimen intercedit. Ille enim, qui aliquid à DEO discit per expressam revelationem, certissimus redditur illud esse à DEO; ac proinde ei non posse subesse falsum. Alius verò, qui per instinctum occultum movetur, non est certus, neq; discernere valet, utrum illud sit à DEO, an à proprio spiritu: verum præstat de his differentem ipsum audire Angelicam Doctorem: *De his ergò, quæ expressè per Spiritum Prophetiæ Propheta cognoscit, magnam certitudinem habet, & pro certo habet, quod hæc sunt sibi divinitus revelata. Vnde dicitur Hierem. 26. in veritate misit me Dominus ad vos, ut loquerer in aures vestras omnia verba hæc: alioquin si de hoc ipse certitudinem non haberet, fides, quæ dictis Prophetarum immutata*

Propheta dupliciter à DEO instrui ac moveri solent.

Loc. cit.

Magna intercedit inter hos duos modos diffe-

certa

certa non esset. Et signum Prophetice certitudinis accipere possumus ex hoc, quod Abraham admonitus in Prophetica visione, se preparavit ad Filium suum Unigenitum immolandum; quod nullatenus fecisset, nisi de Divina revelatione fuisset certissimus. Sed ad ea, quæ cognoscit per instinctum, aliquando sic se habet, ut non planè discernere possit, utrum hac cogitaverit, aliquo Divino instinctu, vel per Spiritum proprium, &c.

rentia quoad certitudinem.

Ex Angelica hac S. Thomæ doctrina, sic brevissimè pro asserenda Sabbatini privilegij veritate arguere licet: Illa, quæ per expressam revelationem divinitus manifestantur certissima & verissima sunt; at Joanni XXII. Pontifici per expressam revelationem divinitus manifestatum fuit Sabbatinum privilegium, Ergò &c. Major patet ex superiori S. Thomæ doctrina. Minor constat ex his, quæ suprâ Cap. secundò asseruimus: & probatur etiam ex illis Bullæ Sabbatinæ verbis: *Sic mihi flexis genibus supplicanti, inquit JOANNES, Virgo visa fuit Carmelita sequentem affata sermonem &c.* Quæ expressissima verba non solum convincunt Joanni per expressam revelationem fuisse divinitus manifestatum hoc privilegium, verum etiam indicat visionem hanc fuisse corpoream, cum audierit B. Virginem se alloquentem. Talis verò revelatio seu visio, juxta S. Thomam 2. 2. q. 174. art. 3. altioris est Ordinis, plurisq; facienda. Tertio, inquit, ostenditur altior esse gradus Prophetie, quando Propheta non solum videt signa verborum vel factorum, sed etiam videt, vel in vigilando, vel in dormiendo aliquem sibi colloquentem, aut aliquid demonstrantem: quia per hoc ostenditur, quod mens Prophetæ magis appropinquet ad causam revelantem.

Quænam Prophetia censeatur altioris esse ordinis, & quare?

Confirmatur hoc ipsum ex alia doctrina ejusdem Angelici Præceptoris: nam in citata quest. 171. art. 6. docet cognitionem, quam aliquis haurit ex revelatione divina non posse non esse veram, quia eadem est veritas cognitionis in discipulo & docente, undè oportet, inquit, eandem esse veritatem Prophetice cognitionis, & enuntiationis; quæ est cognitionis Divine, cui impossibile est subesse falsum, &c. Enuntiavit ac promulgavit hoc privilegium præfatus Pontifex, prout cælitus didicerat ac cognoverat; & cum illa cognitio in revelante non possit fallere, neque etiam falli potest ille, cui revelatum fuit hoc ipsum privilegium, neq; falsa esse ejus enuntiatio. Verum ergò erit hoc Sabbatinæ Bullæ Privilegium.

SOLENT quandoq; ex adversarijs nonnulli, Testes sive Authores

130.

A a

res

res requirere, qui Sabbatino Privilegio attestentur; verum illis responderi posset, Apostolicorum Diplomatum Testes præter ipsos Pontifices minimè esse postulandos. Pontifices verò dedimus non paucos, qui non ut privati Doctores, sed sub anathemate, & de potentia potestatis pro Sabbatino Privilegio sententiam tulere. Publicam Judicum manum addidimus, planè præter debitum; cum nulli sit manus Apostolica certior, nec judicandi autoritas, quæ prima Sedis superet oraculum; uti constat ex *Cap. cum à nobis, de Testibus attest.* quod est 28. tit. 20. lib. 2. decret. Greg. Etsi, ait, cujuslibet alterius scriptura debeat Testium adminiculo fulciri: non tamen in literis Papæ Testes subscribere est necesse. Glossa verò ibidem modo contra eas non admitti probationem, nisi essent falsæ; at citata *Clementis, Gregorij, Pauli, &c.* falsæ dici nequeunt: Ergo contra eas admitti non debet probatio, nec præter eas Testes requirentur. His non obstantibus, si adversarius urgeat, aliosq; Testes desideret, etsi majoris autoritatis præfatis Pontificibus non reperimus, ad inferiores descendendum erit, quos ingenti numero producere non renuimus.

In litteris
Papæ testes
subscribere
necessarium
minimè
est: & contra
eas non
admittitur
probatio.

131.

Trium celeberrimarum Universit. suffragio ac sententiâ afferitur Sabb. Privileg.
Harum sententiæ triplici ex capite autoritas accrescit.

AGMEN ducent trium maximè illustrium hac nostrâ ætate Universitatum Theologicæ Facultatis Doctores, qui requisiti, accuratissimum causæ examen, in favorem Sabbatinæ tulere sententiâ cui triplici ex capite fides & autoritas accrescit. *Primo*, quod non sit privati Doctoris (quem forsitan corruptum æmulus suspicatur) sed plurium ore proprio prolata, manuq; subscripta, non tantum libros probando, verum quid ipsi de Sabbatino sentirent Privilegio, manifestando. *Secundo*, inter Doctores causam hanc discutientes, sententiâq; in eius favorem pronunciantes, nemo omnino Ordin. Carmelit. verum universi diversorum Regularium, atq; Ecclesiasticorum, &c. *Tertio*, acta sunt hæc, cum adversus Sabbatinum Privilegium acrius insurgerent, oppugnarentq; vehementius adversarij: ex quo conijcere est multo majorem exactioremq; solito disquirenda, ac discutienda causa hac adhibitam fuisse diligentiam cautionemq;.

Ferti Linqvario *Clemens VII.* anno 1530. compefcuerat adversantes huic Privilegio, verum sub annum 1566. novi exorti sunt motus Salmantica in Hispania, & non parum efferbuere ad extinguendum

dum Marianum Privilegium. Recurritur ad Academiam & Facultatis Theologicæ Salmanticæ Doctores, ceu ad oraculum, qui discussis diligentius Sabbatinæ fundamentis, suo illam calculo comprobârunt. Causam & originem horum motuum, & singulorum Doctorum circa illud sententias integrè & verbatim refert Vener. P. Thomas à JESU, *Lib. 2. de Confrat. cap. 3.* & Didacus de Coria in *Dilucidario Histor. Ord. Carm. lib. 11. cap. 3.* Doctores præcipui, quibus commissum fuit hoc examen, hi fuere: M. Mantius Dominicanus, Franciscus Sanchez Canonicus Salmanticensis, M. Rodriquez Cathedraticus Theolog. moralis, & M. Bartholomæus de Medina Dominicanus; omnes primarij illius celeberrimæ Universitatis Doctores. Primus protulit suam sententiam, sub hac verborum forma: *Ego Doctor Mantius, primarius Theologiæ Cathedraticus in Vniuersitate Salmanticensi, censeo Confratres Ord. B. MARIÆ Virg. de monte CARMELO, posse frui Indulgentijs concessis à IOANNE XXII. ALEXANDRO V. & CLEMENTE VII. quoniam nec Concilium Tridentinum, nec motus proprius PII V. obstat, quominus possint di-*

Salmanticensium Theolog. de Sabbat. Privileg. sententiæ.

Doct. Mantij Dominicani.

Subsignatum erat.

F. Mantius.

Alter ejusdem Religionis Magister, Bartholomæus de Medina, suo nomine orbi notus, sic inquit: *Visâ, & studiosè perpensâ Bullâ, per quam à IOANNE XXII. alijsq; summis Pontificibus, multæ ac magna Indulgentiæ conceduntur Religiosis Ord. B. MARIÆ Virg. de monte CARMELO, censeo, quod juxta Bullæ tenorem illis frui valeant: tum quia Bullæ sunt authenticæ, tum quia sacrosanctum Tridentinum Concilium similibus Indulgentiarum usum minime prohibet.*

M. Bartholomæi de Medina.

Subscriptum erat

F. Bartholomæus de Medina.

Non dissimili formâ utitur M. Rodriquez, inquiens: *Attentâ mente ponderatis ijs, quæ ad Privilegia & Indulgentias Ord. B. MARIÆ Virg. de monte CARMELO per summos Pontifices concessas, spectant, cum semper in usu fuerint, & publicè in Ecclesia promulgatæ; nec hactenus Pontifex, aut Concilium aliquod ijs derogarit, censeo illis Confratres ejusdem Ordinis liberè uti posse, & adhuc manere in suo vigore ac valore. Idem sentio de Bullâ Sabbatina, quæ cum sit per totam DEI Ecclesiam, ab ejus Capite promulgata, profectò magnificienda est, & majori quàm solo pietatis titulo observanda, ita sentio salvo meliori judicio, ac testor*

Doct. Rodriquez.

Ego Doctor Rodriquez.

A a 2

Adsti-

Adstipulatur dictis præfatus Franciscus Sanchez, & Franciscus de Zuniga provisor Episcopatus Salmanticensis, at quia testimonia illorum longiuscula sunt, ea hic exscribere intermitto. Hoc unum tamen hic addendum venit, quod in calce *Capit. supracit.* refertur de P. Emmanuele Roderico, viro ob sua de *Quest. Regular. opera* orbi toto celeberrimo. Huic cum præfatus P. Thomas à Jesu exhibuisset Apostolica Diplomata Privilegium Sabbatinum continentia, subjectum ei

P. Emmanuelis Roderiquez dictum observatione dignum.

Bononiensis Universitatis sententia.

eo responsum retulit: *Ego non capio, quomodo quis de hoc Privilegio cogitare possit, nisi ille, qui has non viderit Bullas. quia mihi videtur nihil posse certius Divinâ revelatione, tot summorum Pontificum autoritate comprobata ac confirmata.*

Sabbatino quoque Privilegio unanimi consensu suffragata facta Bononiensis in Italia Universitas. Cum enim per R. P. Magistrum Virginium Bentivolum S. T. D. hac super re anno 1609. consultata fuisset, per R. P. Magistrum Paulum Fraxinellum S. T. D. de Collegio Augustinianum, sic respondit: *Ego F. Paulus Fraxinellus, Augustinianus, S. T. Magister, & D. Collegiatus, ac in patrio gymnasio S. T. public. Lector, post maturam discussionem nostræ Universitatis, responsum est sub tali forma. Cum Bulla IOANNIS XXII. plures, illasq. Canonice præferat summorum Pontificum confirmatorias Constitutiones, nec ullo unquam tempore revocata fuerit, illam adhuc in suo robore manere.*

Subscripsere.

M. Adrianus Farina, Ord. Servorum, Decanus pro tempore Hannibal Malvetius, Canonicus Metropolit. Ecclesie.

M. Dominicus Isirianus, Ord. Prædicat.

M. Ambrosius Morandus, Canonic. Regul. S. Salvatoris.

M. Ioannes Baptista ab Horto, Canonic. Collegiat. S. Petronii, ac publ. Lector.

M. Bonifacius de Scyllis, tertij Ord. S. Francisci.

Et alij Magist. per ordinem, anno 1609.

Hæc refert P. Thomas Saracenus, S. T. D. Collegiatus Facult. Theolog. Universit. Bononiensis, ac S. Inquisitionis ibidem Confessor in suo Opere, inscripto *Historia sacra de origine & progressu Congregationis B. MARIÆ Virg. de monte CARMELO, part. 2.*

Ad Salmanticense in Hispania, Bononiense in Italia, accedat Gallorum Sorbonicum suffragium. Nam cum in Rothomagensi Diocesi

Dicæcesi pluribus displiceret Carmelo-Parthenij SCAPULARIS
Confraternitas; hinc inde facta est contentio quibusdam impugnan-
tibus, alijs vindicantibus DEIPARÆ donum ac beneficium. Hæc
inter Illustrissimus Antistes Rothomagensis, suarum esse partium ratus
dissidentes componere, ac disputationi lucem finemq; adferre: quo
efficaciùs id præstaret, quid sentirent ea de re Sorbonici Doctores,
voluit explorare. Antistitis voto satisfaciunt Sorbonici: examen
quæstionis octo selecti è celeberrimis suscipiunt, qui visis Bullis, om-
nibusq; pensatis, die 19. August. anno 1648, licitam Confraternita-
tis erectionem, & erectæ pridem confirmationem declararunt, Pri-
vilegium verò Sabbatinum juxta tenorem decreti *Pauli V.* publican-
dum, asserendumq; censuerunt. Ita P. Irenæus, apud quem etiam in
Monumentis lib. citat. pagina 52. Idiomate Gallico reperies præfatorum
Sorbonicorum DD. decretum. Videatur etiam R. P. Ludovicus
à S. Tereña *lib. 2. Annal. Carm. Discalceat. Regni Franciæ Cap. 77.*

Universita-
tis Parisi-
ens. Sor-
bon. de
Sabb. Pri-
vil. judi-
cium.

Sorbonicæ Parisiensi adjungere possumus Universitatis Borbo-
nicæ Aquensis, etiam in Gallijs, iudicium ac suffragium: cujus Docto-
res Theologi post accuratum examen singulari decreto commendan-
do ac comprobando librum R. P. Philiberti Fezayi, ejusdem Uni-
versitatis Facultat. Theolog. Decani ac Professoris Regij, in quo
traditum cælitùs S. *Simoni Stock* Marianum SCAPULARE, Privile-
giumq; Bullæ Sabbatinæ contra Lauhoyum propugnat, simul idem
Privilegium compròbarunt ac confirmarunt. Cujus decreti, hoc est
initium: *Nos subsignati Doctores aggregati in sacra Theologiæ Facultate Vni-
versitatis Borbonicæ Aquensis testamur &c. Finis in quorum fidem manu nostra
propria subsignavimus, Aquis-Sextijs, die 14. Aprilis an. 1648.*

F. *Jacobus Cbiusse*, Prior Convent. S. Augustini.

F. *Claudius Corretz* Ord. Prædicatorum.

F. *Joannes Dublé* Exguardian. Ord. FF. Minor. Facultat. Theo-
log. Syndicus.

Claudius Nesmeus Canonic. Theolog. Ecclesiæ Metropolit. S. Sal-
vatoris Aquensis.

F. *Joannes Baptista Alard* Exprovinc. Ord. S. Augustini.

F. *Gabriel Provensal* Provincialis Ord. Servorum B. M. V. in
Provincia Provinciæ.

Ioannes Baptista Michaelis, Canon. Eceles. Metropolitanæ S. Salvatoris Aqueusis.

Caspar Goeffroy Gansard Canon. Eceles. Metropolitanæ S. Salvatoris Aqueusis.

Decretum hoc integrum reperiet Lector in principio præfati Operis P. Fezayi, cum alio Stephani Chabert J. U. D. almaeq; Universitatis Aqueusis Rectoris &c.

132.

Præmissis publicis Doctorum suffragijs, privata nunc nonnullorum per ætates sibi succedentium subjungenda sunt, priusquam rero singulos recenseamus, animadvertendum est Lectori, initio ferè cujuslibet sæculi, à decimo quarto inchoando, solitum fuisse Deum summum aliquem excitare Pontificem ad Carmelo-Parthenij SCAPULARIS beneficium ac privilegium commendandum, comprobandum atq; confirmandum. In decimo quarto *Ioannem XXII.* in decimo quinto *Alexandrum V.* in decimo sexto *Clementem VII.* in decimo septimo *Paulum V.* redeamus nunc ad sæculum decimum quartum.

Hoc primùm sæculo *Ioanni XXII.* cælitus per DEIPARAM revelatum fuit Sabbatinum Privilegium, quod ipse quoq; primus omnium evulgavit, atq; Apostolica autoritate corroboravit Anno 1317. vel 1322. ut alij volunt.

Vide de his
P. Cheron.
in *Vindicijs*
Scapular.
Et P. Lez-
nam in *Pa-*
tron. Ma-
rian. cap.
3. num. 24.

Ioannes de Bacchone Anglus, cognomento *Doctor Resolutor*, qui floruit anno 1346. meminit ejusdem in *Tract. de Ordin. Carmel.*

Guilielmus de Sanviliaco, Gallus, qui devixit an. 1350. lib. de *Patronatu Virginis.*

Ioannes Hornebus, Anglus, an. 1374. lib. de *miseriordia Virginis.*

Guilielmus Reufu, sive *Rebuffus*, Anglus, an. 1386. lib. de *miraculis*

B. MARIE V.

Thomas Lombe, Anglus, an. 1387. lib. inscripto *Magna MARIE S.*

SÆCULO XV. *Alexander V.* anno 1409. in Diplomate incipiente *Tenore cujusdam*. Confecta sunt etiam hoc sæculo plura, præsertim tria illa, quorum supra meminimus authentica instrumenta ejusdem Bullæ: *Majoricense* an. 1421. *Agrigentinum* ann. 1430. *Messanen.* anno 1443.

Baldvinus Leersius, anno 1460. in *collectaneo exemplorum. Cap. 6.* relatus à P. Daniele in *Vinea Carmeli* num. 812.

Guilte-

Gualterus Hunte, Anglus, an. 1478. in *Chronicis* lib. 6.

Ioannes de Malinis an. 1488. lib. de *decore Carmeli*.

Thomas Scropus, Episcopus Dromorensis, Anglus, an. 1490.
lib. de *antiquit. & dignitate Ordin. Carmelit.*

Ioannes Palvonydorus, Batavus, an. 1492, lib. 3. de *antiquitat. & Sanctim. Ordinis Carmelit. Cap. 11.*

Arnoldus Bosius, Belga, an. 1494. in *speculo historiali* lib. 7. Lau-
datus à P. Daniele loco citato.

SÆCULO XVI. complures, ut supra vidimus, Sabbatinum comprobant, confirmantq; Privilegium Pontifices, Clemens VII. an. 1528. & 1530. duplici Diplomate. Paulus III. & IV. Pius V. anno 1566. & Gregorius XIII. anno 1522. supra Cap. 4. & 7. producti. Expedita sunt etiam diversa hac ætate authentica ejus instrumenta, & apographa, inter quæ Drepanense, & Rhodonense recensentur, vide supra Cap. 6.

Referunt nonnulli ad ann. 48. hujus Sæculi Ioannem Ballæum, Anglum, Episcopum quondam Ossoriensem in Hibernia, at postea Lutheri allëciam, qui in *Catalogo Scriptorum Britannia centuria 4. in Append. ad Robertum Baston*, Bullæ & Privilegio Sabbatino testimonium perhibet: *Carmelitas assumpsit* (loquitur de JOANNE XXII.) *in jus & proprietatem S. Petri, ab omni Ordinariorum Dominio, ut soli Sanctissimo subiciantur, tanquam filij dilectissimi, pluresq; eorum Episcopos fecit, &c. nam mirabilem ante Papatum (authore diabolo) visionem habuit, ut in Bulla testatur: quod MARIA Virgo in magna Cardinalium contentione ab adversarijs illum liberaret, ac Papam faceret; hac tamen servatâ pactione, ut hos suos Fratres à Purgatorio servaret immunes.* Quibus verbis licet Bullæ sensum detorqueat à proprio, & diabolo authore illam accidisse visionem blasphemus mentiatur, de Sabbatina tamen sibi sermonem esse aperte significat. Autographum ipsum vel Apographum se quoque vidisse confitetur *centur. 5. in Append. ad Nicolaum Trineth*, his verbis: *Istam apparitionem cum inauditis Indulgentijs, & animarum à Purgatorio liberationibus, &c. in quadam Bulla legi, tam in Anglia, quàm in Hannonia, qua etiam Romæ anno 1530. sub Clemente VII. renovata fuit, &c.* Suspectus non est habendus Baæus, quali Carmelitarum fautor, quibus nihil unquam condonatum voluit. Hæreticum audire si quis renuat, per me licet, nec enim istiusmodi hominis, tot inter, tantosq; catholicos testes, ege-

mus

mus suffragio: illum tamen adduximus, quia asserente Chryostomo
veritatis maximum argumentum est, cum quis inimicos ad testimonium adhibet.

Petrus Rojuela, Hispanus, an. 1584. lib. de antiquit. gratijs & indulgentijs &c.

Chrystophorus Sylvesteranus, Italus, an. 1585. lib. suprâ 1. parte Capit. 7. citato.

Didacus Martinez de Coria, Hispanus, an. 1590. in suo Dilucidatione Historico Ord. Carmel. lib. 11.

Petrus Lucius, Belgæ, an. 1593. in Compendio historiali cap. 13.

Thomas à IESU, Hispanus, an. 1599. lib. 2. de Confratern. M. V. de monte Carmelo.

SÆCULI XVII. in quo nos degimus, Authores cum plurimi sunt, ordine alphabetico subindicare solum sufficiat.

Alphonsus Gomezius de Roya, Hispalit. Canonicus laudatus à Petro Irenæo lib. cit. sect. 2. cap. 3. s. 3.

Alphonsus à Matre DEI, citatus à P. Antonio à Spiritu S. loco mox referendo.

Alphonsus Navarrus, Hispan. citatus ab Auberto Miræo lib. de origine & incrementis Ord. Carmelit. Cap. 2. juxta edition. Colonien. an. 1643. lib. de privileg. Bullæ Sabbat.

Andreas Duwallius, Doctor Parisiensis laudatus à P. Irenæo, loco mox referendo.

Angelus le Blanch, Sabaudus citatus ab Auberto Miræo, loco mox referendo.

Antonius Olivan, Hispan. de Privilegio sabbatino relatus ab Auberto Miræo, loco suprâ citato.

Antonius Sanderus, in Brabantia illustrata in Chorographia Carmeli Braxellens. capite 5.

Antonius à Spiritu sancto, Lusitanus, in Directorio Regular. 1. part. Tract. 2. disp. 5. sect. 3. num. 64. juxta edition. Colonien.

Augustinus à Virgine MARIA, lib. de privileg. omnium Relig. verè indulgentiæ concessæ extraneis intuitu Carmelitarum.

Benedictus Gononus Ord. Cælestini in Chronico DEIPARÆ ad annum 1321.

Berthelot, Abbatix S. Petri Senonensis magnus Vicarius, edito Braxellis anno 1652.

Blasius Heytius, lib. de stabilimento, antiq. Carmel. cap. 6. apud Ludovicum Chryzogonum infrâ referendum.

Claudius Aquaviva, Societ. JESU Præpositus Generalis, non infimum inter assertores Bullæ Privilegijq; Sabbatini locum promeretur: esto enim nihil de eo scripserit, non minimum tamen eidem sub *Paulo V.* uti infra Cap. 14. dicemus, patrocিনatus est: imò eodem tempore, attestantibus in libris infra referendis *Joanne Pinto*, & *Petro Thoma Saraceno* à Reverendiss. P. Generali Carmelitarum facultatem Carmelo-Parthenium Scapulare suæ Societatis id petentibus Religiosis, conferendi petijt.

Congregatio sanctæ & generalis Inquisitionis Romanæ anno 1613. Decretum promulgavit pro Sabbatino Privilegio: & sacra Rituum Congregatio, ut supra vidimus, pluries in approbatione Officij Commemorat. solemnis B. MARIE Virg. hoc Privilegium comprobavit.

Cyprianus à S. MARIA, Belga, in *Thesauro Carmelit.* 1. parte. cap. 17. & seqq.

Daniel à Virg. MARIA, in *Vinea Carmeli*, multis in locis, maxime part. 5. cap. 5. & seqq.

Elias à S. Teresia, Belga, in *Legatione Ecclesiæ Triumphantis ad militantem*, lib. 2. cap. 9.

Emmanuel à IESU-MARIA, Ecclesiastes Cæsareus, in *Opere inscripto*, *Fructus Carmeli*, Tom. 1. discurs. 17.

Emmanuel Rodriguez, Ordin. Minor. S. Franc. Tom. 2. qq. Regul. quest. 96. art. 7.

Emmanuel Vallis Moura, Lusitanus, *Opusc. de incantation.* sect. 1. cap. 1. num. 41. ex quo *Antonius de Casanate* hæc refert: Idem fuerit DEIPARAM promississe absolute se eos (Confratres) infallibiliter liberaturam ab ijs pœnis, ac promississe, se illis infallibiliter auxilium per suam intercessionem præbituram; siquidem infallibile est. eam in omni sua ad Filium deprecatione, exaudiendam esse pro sua reverentia & proprijs meritis illi in eundem finem oblatis: quia alioquin frustra limitasset Sabbati tempus, si in eo se pro suis Fidelibus devotis suffragium laturam pollicita tantum esset; hoc enim non in Sabbato tantum, sed quovis alio tempore confert, &c.

Florentius Schilling, Germanus, Cleric. Regular. S. Pauli, in suo *Mariali*, serm. de *Scapulari Carmelo-Parthenio*.

Franciscus Berthet, Gallus, Doctor Sorbonicus, relatus à *Miræo* loco citato.

Franciscus Bona Spei, Belga, Tom. 5. *sua Theolog. tract. 2. de Relig. disp. 2. num. 19. & seq.*

Franciscus à IESU - MARIA, Hispan. in *Commentar. cap. 12. Apocalypseos, sect. 3.*

Gabriel Prateolus, Tom. 2. *hist. de statu Eccles. ad annum 1324. citat. ab Antonio à Spiritu sancto loco supra relat.*

Georgius Colvenerius in *Kalendar. B. V. ad diem 3. Martij.*

Gerardus Sayus, Tholosanus, citat. à *Miræo ubi supra.*

Gregorius Nazianzenus à S. Basilio, lib. de *adeptione Parthenia 2. par. cap. 17 & seqq. & 37. & seqq. & in Instructione familiari Confrat. cap. 16 & seqq.*

Gregorius Satarrus, Augustinianus, Valentini in Hispania Univer. S. T. Doctor & Professor, apud Joannem Pintum, in *Hierarchia Carmelitana tract. 5. cap. 3.* Hic cum aliquando Theses de Privilegio huius Sabbatinæ publico certamini expositas, acutissimo oppugnasset argumento; illo absoluto ad Auditores conversus, sic eos affatur: *Nihil quaeso, vestrum sibi persuadeat, aut suspicetur, me hanc thesem oppugnasse, quia de ejus sim dubius veritate; minime gentium. talis porro est fides, qua hoc vobis Privilegium, ut ipsemet Marianum geram Scapulare: quod mox omnibus palam monstravit.*

Guillelmus Champeberieux, Gallus, lib. de *Confraternitat.*

Henricus Honghen, Ord. Minorum, lib. de *vera Fraternitate Part. 2. Exhort. 5.* quam terminando, inquit: *Quis de re testificata & confirmata tot summorum Pontificum assertionibus, ausit ullatenus dubitare?*

Hermannus Wesselingius, Germanus, J. U. D. in suo *Notionibus juris Univerfi*, titulo, *Bulla Sabbatina.*

Hieronymus de Ormachea, Hispan. Tom. 1. *Comment. in Cant. cap. 1. ver. 2.* Ex quo nostri Salmanticens. Tom. 4. in 1. 2. *Tract. 13. disp. 15. num. 7.* Quem sapientissimum Doctorem nuncupant, hæc exscribunt: *Voluit Virgo sanctissima hunc peculiarissimum favorem, scilicet celeberrimum illud privilegium Bullæ Sabbatinæ concedere inritu Religionis illius, originem decentis ab illo Propheta, qui in vertice CARMELI montis, septima vice, SABBATI repræsentativa, ipsius memoriam & Festum immaculate Conceptionis in nubecula maris adoravit, &c.*

Hippolytus Narravius, Lucensis, totus quantus Author Marianus, in *Pontificibus Marianis in IOANNE XXII.*

Ioannes Baptista de Lezana, Hispan. in *Maria Patrona* cap. 5. num. 24. & seq. & in *Annal. Ord. Carmelit.* Tom. 4. ad annum 1322. & Tomo 2. qq. Regul. cap. 15.

Ioannes Baptista Novatus, Mediolan. Ord. Cler. Regul. Ministrantium infirm. Tom. 2. de Eminentia DEIP. V. &c. Cap. 12. in praxi colendi B. V. obsequio quinto.

Ioannes de Carthagena, Ord. Minorum, Tom. 4. lib. 17. hom. 2. & Tract. 1. de sacra antiquit. Ord. Carmelit. cap. 4. & Tract. 2. cap. 14. Quod Caput hisce verbis concludit: Tandem Academica Salmanticensis, exploratis Apostolicis Bullis declaravit, validam esse Sabbatinam Indulgentiam, & in robore suo semper permanere, nisi per summum Pontificem, aut Concilium aliquod ei derogetur nosq; testamur insigniorum Doctorum illius Academia subscriptiones illam approbantes vidisse & legisse. Quare cum non solum auctoritate tantorum Doctorum, sed expressis summorum Pontificum oraculis, Indulgentia hæc Sabbatina sit corroborata & stabilita, non video qua ratione quisquam absq; ingenti temeritate illam inficari queat. Ita ille.

Ioannes à IESV MARIA, Calaguritanus, infrà referendus.

Alium Ioannem à IESV MARIA, Lusitanum adducit P. Irenæus, loco suprâcitato.

Ioannes Pelysse, Gallus, apud Miræum loco suprâcitato.

Ioannes Pintus de Victoria, Hispan. in *Hierarchia Carmelitana* Tract. 5. cap. 3. & Serm. de S. Simone Stock.

Ioannes à S. Thoma, Lusitanus, laudatus à P. Michaële Munnoz, in propug. ELLÆ, lib. 2. tit. 3. cap. 1. art. 3.

Ioannes Sylvera, Lusitanus, Tom. 3. *Commentar. in Evan.* lib. 5. questione 0.

Irenæus à S. Iacobo, Tract. Theolog. de singul. V. proteçt. sec. 2.

Iustinus Miechoviensis, Polonus, Ord. Prædicat. Tom. 2. in Litanias Lauretan. discurs. 226. num. 18. & disc. 236.

Laurentius Chrysogonus, Dalmata, Societ. IESU, in *Mundo Mariano* 1. part. discurs. 17. num. 76. & seqq. In *Indice* quoq; verb. Scapulare hæc habet; Scapulare gestantes prima die Sabbati ab eorum morte, & purgatorio liberantur.

Leo à S. Ioanne, Ecclesiastes Regis Gallix, in *Typo vestis Relig. scçt.* 9. & in *federe spiritali* cap. 3. & seqq.

Ludovicus à S. Theresia, in *Opere*, cui titulus, *La succession du S. Prophete*

Prophete ELIA en Bordie des Cames, & en la reforme de S. Tereſe cap. 231.
& ſeqq.

Lydius Veteraquinus, Hæreticus, apud P. Lezanam, in *Maria Petrona* cap. 5. num. 24.

Matthias à S. Ioanne, lib. Gallicè inſcripto, *La véritable devotion du ſacre Scapulaire.*

Marcus Guadalaxara, ſive Xaverius, in *Theſauro ſpirituali Religioſi Carmelit.*

Mathurinus Pigneroneus, apud P. Irenæum, loco ſupracitato.

Michael Baptiſta de la Nuz, Hispan. Regis Catholici Conſiliarium & Protonotarius regni Aragoniæ in *vita Ven. M. Franciſcæ à SS. Sacramento Carmelit.* excuſa Ceſarauguſtæ ann. 1659. pluries meminit Privilegij Sabbatini, & illud verum validumq; eſſe ipſæ animæ piacularibus flammis addictæ conſeſſæ ſunt. Reſert *lib. 2. cap. 4.* quãdam ex his, quæ jam annis aliquot in illo igne hæſerat ipſi Vener. M. Franciſcæ ſe conſpiciendam præbuiſſe, ſuarumq; pænaram cauſam manifeſtaſſe, quam cum illa interrogaret; quomodo in tanto tibi tempore Sabbatinum non profuit privilegium? cui anima reſpondit: *illud, quod munera ſeu conditiones, pro conſecutione huius privilegij præſcriptas obſervare, liberat SS. Virgo*: ac deindè ſubjunxit, ſæpè paucos liberari, quia pauci fideles ſunt ac diligentes in illis præſtandis. Et *lib. 3. ejuſdem hystoria cap. 8.* recenſet quomodo anno 1627. die 16. Julij, & iterum eodem anno 23. Decemb. DEIPARA Virgo præfatæ Matri apparuerit, & idem denuò divinitus revelare dignata fuerit.

Michaël à Fonte, Hispanus, lib. *de Bullâ Sabbatina*, laudatus à Miræo, loco citato.

Michaël Munnoz, Hispanus, in *Propugnaculo Eliæ Romæ* edito anno 1636. *lib. 2. tit. 3. cap. 1. art. 3.* quem his ferè verbis abſolvit: *cum in hac Bullâ Sabbatina (quam recepta cunctarum penè gentium in Eccleſia tradita traditio &c.) dubitandum non ſit, ejuſ ſanè oraculum, nullus dicet, quod recipiendum non ſit.*

Olivarius Cabanes, lib. Gallicè inſcripto, *Leſgages amoureux de notre Dame du mont Carmel.*

Onuphrius Menescal. Tom. 1. *Concion. ſerm. de B. MARIA de monte Carmelo.*

Petrus Collongues, Gallus, Tholoſanæ Univerſ. Doctor, ac Profeſſor

fessor Ordinarius in *Thefauro spirituali sacri habitus B. M. V. de monte Carmelo*, apud Miramum lib. *suprà citato*.

Petrus Seinerus, Germanus, Carthusianus, in sua *MARIA Carmelitana*.

Petrus Thomas Saracenus, Italus, Bononiensis Univerf. Doctor, ac sacrae Inquisit. Consultor, in Opere Italicè inscripto, *Informationi spirituali, per i devoti della SS. Verg. del Carmine. part. 3. & 7.*

Philibertus Fezayus, S.T.D. ejusdemq; Facultatis Decanus in Univerf. Borbonia Aqueusi, in *duplici Privilegio sacri Scapularis Ord. B. M. V. de monte Carmelo*.

Philippus à SS. Trinitate, in *Compend. historia Ord. Carmelit. lib. 5. cap. 14. & in Theologia Carmelitana quest. 19. art. 4. & Tom. 3. Curs. Theologie. Tract. 3. diff. 7. dub. 6.* (43.

Philippus Maria à S. Paulo, Italus, in Opere cit. *suprà I. P. Cap. VII.*

Philocatus Caputus, Italus, in Opere 1. Part. cap. 7. laudato.

Placidus Samperus, Societ. JESU, in *Peonologia Virgin. lib. 4. cap. 32.* apud P. Lezanam in *Maria Patrona, cap. 5. num. 27.*

Procopius Brandenburgensis, Germanus, Ord. Minor. Capucinatorum, in suo *Mariali-Domicali serm. 47.* inter cetera, quæ præclare de hoc Privilegio disserit, probat temeritatem esse illud nolle credere aut negare.

Robertus Cardinalis Bellarminus hic quoque adduci potest, cum sub Paulo V. anno 1609. non solum nomine sac. Rituum Congreg. lectiones secundi Nocturni, Felli Commemor. solemnibus B. MARIÆ Virg. de monte CARMELO, continentibus, Sabbatinum Privilegium examinaverit, probaverit, eisq; subscripserit; verum etiam anno 1611. & seq. in excitata contra illud ab Inquisitore Lusitano Ulyssipone, procellosâ tempestate, motibusq; Romam delatis, ubi totis viribus, à partiaris Inquisitoris tentata est Privilegij hujus annihilatio, Bellarmini mediante auctoritate, doctrinâ, ac pietate, à sac. & generali Romana Inquisitione, supremoq; Pontifice PAULO V. per suum Decretum, ventis & mari imperantibus, facta est tranquillitas magna, ac Privilegium hoc inconcusso atque inviolabili firmitatis robore communicum est, sed de hoc plura dicenda veniunt *infra Capit. XIV.*

Rutilius Benzonius, Episc. Lauretan. c. 30. in Psalm. *Fundamenta ejus in montibus sanctis.*

Seraphinus Giorgius, Italus, lib. *Italicè inscripto, Informatione de principio, fundatione Privilegij & Indulgenze, &c. cap. 4.*

Simon à Spiritu S., Neopolitanus, lib. *suprà I. par. cap. 7.*

Stephanus à S. Paulo, Belga, *Tract. 5. Theolog. Moral. disp. 5. de 12. num. 279.*

Teresianus ab Essenis, in *Breviario Privilegior. gratiar & indulgent. co-riquis ac celeberr. Archiconfrat. sac. Scapularis B. MARIÆ V. de mon. Carmelo.*

Theodorus Stratus, Ord. Carmel. Generalis in *instrucone pro Carmel. &c. Cap. 11.*

Theophilus Raynaudus, Societ. JESU, in *Scapulari Mariano illustrat. & defenso &c. I. p. cap. 5. & 2. p. q. 5.*

Thomas Aquinas à S. Ioseph, in *duplici dissertatione pro Sodalitate Scapularis &c. dissertatione altera, qua Privilegium Sabbatinum aliter & propugnat.*

Tuscanus Taucherus, S. T. D. in *Opere inscripto Fons Elis, 4. par. cap. 1. & seqq.*

Anonymum quendam Regium Oratorem Pictaviensis Senator refert ad hanc Authorum classem P. Irenæus *loc. cit.* librumq; de Sodalitate Carmelo-parthenij SCAPULARIS ex voto Gallicè scriptis affirmat.

Retaceo complures supra *I. part. cap. 7.* laudatos alios permittos tam exteros, quam domesticos, eo quod omnes hic producti non liceat: & jam adducti sufficere omninò videantur. Si enim *duorum aut trium Testium*, juxta æternæ veritatis sententiam, *stat omne verbum*, quid censendum erit de re, cui tot summi Pontifices, Eminentissimi, Illustrissimi, Sapientissimi, &c. Cardinales, Antistes, Doctores, cæteriq; celeberrimi eruditione ac pietate Viri tanto numero attestantur?



CAPUT X.

Sabbatini Privilegij veritas & firmitas alijs
suadet argumentis.

U M Judxi zelo legis acti, sed non secundum scientiam, arbitrantur se obsequium prestare DEO, si Apostolos interimerent, & cum illis exurgentem tum primum Christianam Religionem extinguere, Gamaliel Legis Doctor in Concilio sic eos affatus est. *Viri Israelita, attendite vobis super hominibus istis &c. finite illos. Quomam si est ex hominibus consilium hoc, aut opus dissolvetur: Si vero ex DEO est, non poteritis dissolvere illud; ne forte & DEO repugnare inveniamini.* Posset hujus dicti veritas bene longa inductione in sectis, legibus, imperijs, hæresibus, varia idololatria &c. confirmari, quo pacto, quia DEO minimè nitentur, dissoluta sint, ut fumus, vapor, torrens, cometa, & similia. *Sacrilegi fervent, inquit Cyprianus, inter initia, incrementa habere non possunt, nec augere, quod illicitè ceperint, sed statim cum prava sua emulatione deficiunt.* Unde rectè SS. Basilius, Augustinus, Hieronymus tales comparant cum torrentibus velociter & præcipitanter decurrentibus, transeuntibus, deficientibus; juxta illud, *Gurges aquarum transijt: & ad nihilum devenient tanquam aqua decurrens.* Oppositum omnino cernere licet in ijs omnibus, quæ à DEO Auctore procedunt, quod evincunt ac demonstrant Christianæ Religionis (ut sexcenta alia præteream exempla) exordia, progressus, continua ad hæc usq; tempora incrementa: quo enim atrocitè undiq; semper oppugnata fuit, eo perpetuo firmior ac validior ubiq; perstitit. Quod Divini operis ac consilij indicium est certissimum.

HO C quoq; argumento caeleste esse ac Divinum Carmelo-parthenij SCAPULARIS Sodalitii Privilegiumq; certissimam conclusionem elicio. Quo namq; vehementius visus est opprimi cultus ille beatissimæ Virginis, eo profundiores semper egit radices, amplioresq; extendit ac produxit ramos. Impugnatum fuisse jam ab anno 1528. Sabbatum privilegium constat: duplici Diplomate ipsum asseruit & communivit *Clemens VII.* cujus vestigijs in hæcère *Paulus III.* *Pius V.* *Gregorius XIII.* & alij. Eodem sæculo circa annum 1568. *Hispani & Salman-*

133.

Act. 5. c.
Consilia &
opera DEI
dissolvi ne-
queunt,
humana.
verò dissol-
vuntur ac
deficiunt.

*Ad Anto-
nianum.*

Ad Nicopol.
In c. 3.
Habac. in
Psal. 57.
Habac. 3.1.
Pf. 57.

Patet hoc
in Christi-
ana Reli-
gione.

Et in Car-
melo-par-
thenio So-
dalitio ac
Privilegio.

Salmanticæ non pauci, nec infimi è clero adversus idem privilegium surrexere? Salmanticensis Universitas per quatuor primarios S. T. Doctores præstò fuit, ut tueretur; quorum decreto impugnata per Hispaniam refloruit Sabbatinæ pietas. Nostra ætate circa annum 1612. Ulyssiponenſis & Avenionenſis Inquiſitores novos Sabbatinæ Bullæ adverſarios in Romana Curia excitarunt? Sacroſanctæ & ſopromæ Romanæ Inquiſitionis Congregatio anno 1613. imperante PABLO V. pro illa pronunciavit: & idem beatiffimus Pater jam pridem Sabbatinum privilegium divinis inferuerat Officijs. Noviffime ſub annum 1648. perindè ac ſi Pontifices hætenus hæc de re ſilulleſſent, vel eorum decreta nihil eſſent facienda contentioſiſſimè laboratum Rothomagi, ut hoc Privilegium extingueretur, & octo Sorboniorum Doctorem obtinuit præſidium. Uno verbo, impugnatum quam legitur ab hominibus, quin ab alijs ejuſdem authoritatis, imò multò majoris fuerit ſemper propugnatum. Nec tum Virginis ſanctiſſimæ præſidium defecit: ejus quippè ope creberrimis celeberrimiſque miraculis, internisq; motibus, Fideles Chriſti ergà cultum Mariæ Habitum facti ſunt ſerventiores. Ex quo factum, ut hinc innumere hæc parthenia, quantumvis ab æmulis lacerata, ambirent inde inde plerisq; in locis de novo Carmelo-Mariana erigeretur Conſervatio ternitas; adeò ut quo ampliùs, acriùsq; impeteretur, eò magis glorioſius firmaretur ac dilataretur.

Hoc argumentum attentius ſic ponderat P. Irenæus. [Adverſarij, (inquit) Doctorem examini Sabbatinam ſubiſciunt? Doctores legitimam declarant. Ad ſummum Pontificem & Cardinales concurrunt? ſuis Conſtitutionibus eam confirmant Pontifices & Cardinales. Ab humanis appellant ad ſuperos? æquam juſtamq; præſentiam miraculis teſtatam volunt Superi. Quid plura? A Superis, opinor, obſtinati potiùs provocarent, quam cæleſti doniſſimæ ſententiæ vellent ſubſcriptum.

Nunquam ac nuſquã Marianum Scapulare privilegiumq; impugnatum fuit, quin etiam mirabiliter divinitus ac humanitùs propugnaretur.

Lib. citat. ſect. 2. cap. 4. §. 2.

Ex quo inferendum ſit Sabbat. privileg. divinum eſſe opus non homi-

Ex his cur non inferam Sabbatinum privilegium divinum eſſe opus, non hominum commentum: donum Virginis, non fabularis, ut nonnemò criminatur, inventum? Si etenim leviora illius fundamenta, cur non extinguitur? de aſſenſu illuſtriſſimorum Antiquorum cur de novo erigitur? Vnde iſta fecunditas, quæ innumeram DEIPARÆ ſobolem ſpiritualiter generat? qui ſit, ut quæ

momento societatem illam conantur dissolvere, indè Confratrum numCom-
 augefcatur numerus, sodalities accumulatur dona, instituantur tro- mentum?
 phæa, oratoria consecrentur? id sanè Carmelitarum industria non
 effecit, sed *digitus DEI est hic, hæc mutatio dextera excelsi*, donum vin-
 dicantis, quod suæ Parentis Confratribus concessit,] Ita ille.

D E miraculis, quæ ad rem facerent permulta dicenda forent, **I 34.**
 verùm de hoc argumentationis genere jam disserui compendiosè su-
 præ 1. *hujus Operis parte cap. 8. num. 47.* & de miraculis Carmelo-
 parthenijs in *Carmelo Thaumaturgo libri duobus*. Istud nihilominùs haud
 quaquam possum præterire, quod solet accidere frequentius: aper-
 tis nempè defunctorum tumulis, cadaver, sudarium, cæteraq; de-
 functi indumenta sæpiùs reperiri corrupta omninò, & in pulverem. Plura ejus-
 redacta, solum SCAPULARE omnem corruptionis labem evasisse. modi pro-
 Quo parthenij panni prodigio, cæli Carmeliq; Princeps demonstra- digia re-
 re velle videtur, quantò studio & affectu illæsam servet Confratris- censemus
 animam, quam majori esse in prætio apud Superos, quàm sit pannus, lib. 1. *Carmeli Thau-*
 aut res quælibet sublunaris, suadet ratio, fides edocet & Evange- mat. 3. lib.
 lium. 2. cap. 7.

M U L T U M quoq; habent ponderis ac momenti in hoc Sabbati- **I 35.**
 ni Privilegij negotio argumenta illa, quibus *suprà 1. part. cap. 8.* do-
 num sacri Scapularis, & apparitionem S. Simoni nostro cælitus ex-
 hibitam comprobavimus, deducta ex antiquissima, constantissimaq;
 aliquot sæculorum traditione &c. ac summa per universum Orbem
 celebritate Confraternitatis illustrissima parthenij SCAPULARIS; quæ
 attentius ac maturius perpensa non minùs validè atq; efficaciter con-
 firmant, stabiliuntq; JOANNIS XXII. Diploma ac Sabbatinum Pri-
 vilegium, quàm SIMONIS *Stockij* visionem, Marianiq; habitus col-
 lationem. Non insistam hic librando momenta harum rationum ac re-
 petendo, quæ ibidem diximus; recolantur illa, & paucis immuta-
 tis, præsentis subjecto adplicentur, & sufficiet.

P R Æ T E R E A hujus privilegij veritatem ex principijs juris **I 36.**
 communis confirmare possumus. Et imprimis ex publica voce & fa-
 ma, quæ in rebus pijs, & honestis plurimum profectò valet, & quo-
 ad antiqua sufficiens videtur, juxta DD. Bald. in leg. proprietat. nu.
 3. c. de probat. Alexand. in l. rem quæ 18. ff. de acquir. poss. Felin. in cap.
 veniens &c. Cravet. de antiq. temp. §. viso in hac 1. parte, Cassad. de-

C c

61. 2.

cif. 2. de prob. Verall. decis. 344. Rot. decis. 171. num. 3. p. 1. Imò probatio fit per famam cum alijs presumptionibus c. tertio loco de probat. cum ergò privilegium Bullæ Sabbatinæ adeò sit antiquum, & plura trecentis annis in Ecclesia DEI celebratum, ac non modò vox populi & fama publica de ea extiterit, verùm etiam summa æstimatio affectio atq; ergà illud devotio, pro vero & legitimo secundum traditam doctrinam recipiendum erit.

Deindè, si Princeps ea, quæ ratione publici officij proprii muneris, quo fungitur, prohibere debet, non prohibet cum potest, tacitè consentire videtur, & tacitus ejus consensus pro expresso habetur. *Cap. qui tacet: de Reg. juris in 6. l. in omnibus ff de moralibus & actionibus. Vide Azor. Tom. 1. lib. 1. cap. 4. jam verò ex Pontificis Romanis nonnulli per promulgata à se Apostolica Diplomata, expressissimis verbis hoc privilegium comprobant, confirmant, uti suprà demonstravimus; cæteri verò minimè prohibuerunt, cum tamen ratione proprii, publiciq; muneris potuissent & debuissent hujusmodi privilegium, si veritate non niteretur, inhibere & abire: ex præsentis igitur doctrina tacitus illorum consensus circa hoc privilegium pro expresso habendus erit. Hujus rationis pondus & momentum sua autoritate & suffragio auget R. P. Theoph. Raynaudus lib. de Scapulari Mariano part. 1. cap. 2. sic differens: [Quis credit Pontifices, & qui cum eis excubant circa Religionem; Episcopi item, in suis quemq; diocesis, adeò altè stertere à tot locis, quibus hæc visio seu privilegium, inter Fideles ac pios disseminat, ut non viderint imponi hac in parte Fidelibus per fabulamenta? si viderunt, quis credat, quod dissimulaverint, nec solliciti fuerint repagula opponere falsitati? sanè si fabulati essent Carmelitæ, hanc narrationem jam olim venditantes, ut veram; ejusdem noxx rei esse Rectores totius Ecclesiæ, atq; immediati Antistites, in quorum oculis hæc per illos essent jactata. Quia, ut est apud creditum Ambrosium, unum est & idem, mentiri, & credere mentienti. Et ut docet Synodus Metensis Cap. 8. non est immunis à crimine, qui cum potest ac deberet ejus initia, vel progressionem impedire, obmutescit, & filens à bonis.]*

Error cui non resistitur approbatur, & veritas cū non defenditur opprimitur.

Cap. Error. dist. 83.

Hoc Caput intelligendum est de his, qui ratione sui muneris & officij præstare aliquid debent & negligunt.

Lib. de moralibus. Brach.

137.

TERTIÒ, demus gratis Privilegium Sabbatinum esse ambiguum, quod tamen dici nequit, uti sequenti Cap. liquidò demonstrabitur.

mus; nihilominus quæ ex genere suo vel objecto sunt bona: vel ex se adiphora seu indifferentia sunt, ex fine tamen vel circumstantijs bonificantur, semper in meliorem partem sunt interpretanda, juxta Regul. juris. *Esote.* Imò in dubijs & obscuris sequendum est, quod nec præceptis Evangelicis contrarium, nec SS. Patrum, vel summorum Pontificum Decretis dignoscitur adversum Cap. *Sicut dist. 14.* Adde in dubio standum esse pro privilegio *Gloss. c. 3. q. 2. privil.* Constat autem privilegium, de quo agimus, ex se & objecto suo habere bonitatem: nam formaliter & objectivè dicit animarum in purgatorio detentorum ereptionem; includit etiam opera bona, orationem scilicet, jejunia, abstinentiam & cultum castitatis: volentibus quippe hoc frui privilegio ejusmodi opera præscribuntur, uti patet ex ipsa Bulla Sabbatina, quæ omnia ex objecto suo bona sunt. Ex quibus inferendum standum esse pro privilegio, esto gratis admitteremus illud dubium esse.

Pientissimus P. Thomas à JFSU, *lib. 2. supra cit. cap. 2.* post varias alias privilegij hujus comprobationes, affirmat illud confirmari posse imaginibus illis, quibus DEIPARA Virgo Fideles Scapulare gerentes purgatorio eximit: traditq; ex speciali indulto GREGORII XIV. has Romæ imagines evulgatas fuisse. Præsumendum quippe est, sanctissimum hunc Pontificem, nequaquam hoc permisisse, si Privilegium Sabbatinum, hujus imaginis fundamentum solida veritate non inniteretur. Nec solum æri incisis, & typis excusis, verum etiam coloribus artificiosè depictis imaginibus hoc beneficium expressum passim ærnetur, maxime in templis Carmelitarum oratorijq; Confratrum Carmelo-partheniorum.

Nec refert, si dicas *Paulum V.* præfatas imagines interdixisse: is etenim absolutè illas minimè interdixit verum solum inhibuit, descendentem de cælo ad purgatorij locum sanctissimam Virginem depingi; ne rudis æstimaret populus, necessariam esse localem sive personale descensionem, cum sufficiat ad animarum exinde ereptionem, DEIPARÆ Virginis suffragium, Angelorumq; ministerium. Hinc ad mentem ejusdem Pontificis, Angeli depingi queunt, Sodalium animas à piacularibus flammis educentes. Imò hanc exprimendi beneficium hoc rationem *Pauli V.* Decreto traditam atq; confirmatam nemò non colliget.

139.

FIDEM quoq; non modicam Sabbatino conciliari videtur privilegio, quod Ecclesiarum ab exedris publicè frequenterq; proponatur atq; exponatur Sabbatinæ Bullæ beneficium, ut Christi Fideles acrius incitentur ad ea Marianæ pietatis opera obeunda, quæ pro illius adeptione in eadem præscribuntur. Nec solùm Ecclesiastæ & Carmelo assumpti, verùm etiam plerumq; alij clarissimi, imò & illustriissimi id sæpius præstiterunt. [Plures Prælati, inquit *loc. cit.* Irenæus in hac Solemnitate Commemorationis B. V. MARLÆ de monte CALMELO sermonem ad populum habuere, atq; Confraternitatem multis encomijs commendarunt, &c. Imò ex ijs visi sunt aliqui sacrum Scapulare ad rochetum inter concionandum adhibuisse omnium oculis.] quis verò credat ejusmodi viros è sacro Evangelij præterio fabulas pro concione, suspectas visiones atq; apocrypha privègia pro Divinis atq; Apostolicis publicare?

140.

POSTHUMO loco ea referam, ait idem P. Irenæus, quæ mediocè prædictis robur afferunt. Pontificum, Cardinalium, Doctorum, aliorumq; Authorum pugnari decretis: eorundem operum nunc certatum volo. Dixi pridem quid pro sacro SCAPULARI dixerint, & scripserint, jam quid egerint exponam. Plures nimirum summos Pontifices, Cardinales, Episcopos, Abbates, aliorumq; Ordinum Præfules Regulares: è statu politico Imperatores, Reges, Principes & Magnates summo affectu recepisse SCAPULARE, & regulari observantia coluisse, atq; in ejusmodi sac. habitu diem vitam claudere extremum. Quos sanè nec leviter inutilem induisse penam censueris; nec utilem putasse, nisi efficacissimis summorum Pontificum Constitutionibus communitum viderint, aut cælestem huic inviolabilem vim habitui, divinis miraculis compererint.] Recenset deinde nonnullos è Romanis Pontificibus, Cardinalibus, Episcopis &c. Imperatoribus, Regibus, Archiducibus, Principibus &c. qui Marianæ SCAPULARE nostrum gestarunt. Verum de his ego uberius egrediar *Thesauro Partheno-Carmelitico cap. V.* agamq; infra *part. 6. cap. 3.* Contulisti etiam poterit de his luculenter disserens R. P. Raynaudus *lib. cit. part. Cap. 8.*

CAPUT

CAPUT XI.

Confirmatur Sabbat. privilegium argumento à simili
& exemplis deducto.

AMETSICUNDA, quæ hætenus & in superioribus Capitibus ad stabiliendum Sabbatini Privilegij veritatem diximus, ejus videantur esse ponderis ac momenti, ut lectorem, universis sublatis difficultatibus in præsentī negotio convincere, & haud ægrè, imò vel reluctantem, ad Apostolicis de Sabbatino nostro privilegio decretis assentiendum inducere valeant, unum nihilominus, quod silentio involvendum non est, nec extrapærens propositum videtur, restat argumentum à simili & exemplis deductum non spernendi roboris ac firmamenti, quo agmen rationum quibus Sabbatinum vindicatur & asseritur beneficium, claudemus, ne longiùs excurrendo fiamus prolixiores.

S. Anselmus Tom. 3. in *Elucidario* affirmat animabus in ultricibus flammis hærentibus apparere Angelos, cælestesq; quos in hac vita coluerunt, easq; solari &c. *Apparent eis, inquit, Angeli, vel alij Sancti, in quorum honorem aliquid egerunt in hac vita, & aut auram, aut suavem odorem, aut aliquod solamen impendunt, usq; dum liberati introibunt illam aulam, quæ non recipit ullam maculam.*] Quantomagis misericordiæ Mater (infert exindè Laurentius Chrysogonus) fidelium suorum clientulorum animabus, dum igneis illis obscurisq; detinentur ergastulis, sese identidem spectandam exhibebit, suaq; luce clarissima, velut aurora tenebras illas irradiabit, ardores illos pietatis rore mitigabit, vultusq; sui serenissimi aurâ, favonijq; incendia illa temperantibus affabit benignissimè, odoreq; unguentorum suorum suavissimè recreabit, cælestibusq; explens solatijs refocillabit.]

VERUM juvat ipsam de his differentem audire DEIPARAM: *Sum Mater, ait apud S. Brigittâ, lib. 4. Revelat. cap. 138. omnium, qui sunt in purgatorio, quia omnes pena, quæ debentur purgandis pro peccatis suis in qualibet hora propter preces meas quodammodo mitigatur. Ita placet DEO, ut aliqua ex his penis, quæ debentur eis de rigore Justitiæ Divinæ, minuantur. Et rursus lib. 6. revelat. cap. 10. Nulla pena est in purgatorij igne, quæ propter me non erit remissior & lenior ad ferendum quam aliter esset. Et ipse Christus Dominus*

Cc 3

I 41.

Tomo 3. in
Elucid.

Angeli,
aliq; Cæ-
lestes sibi
devotis
animabus
in purgato-
rio appa-
rent, easq;
solantur.
1. part.
mundi Ma-
risini disc.
11. n. 148.

I 42.

Propter
preces
Deiparæ
qualibet
hora quo-
dammodò
mitigantur
penæ ani-
marum
purgatorij.

lib. 1.

Quare MARI-
RIA bona
fit anima-
bus purgat?

Tom. 3.
serm. 3.
art. 2.
Cap. 3.

Serm. 2.
Pentecost.

Qua ratio-
ne illam
omnes re-
spiciant?
Super Can-
onica.

In Magnif.
lib. 2. cap.
22. dub. 7.
Lib. de sta-
tu anim.

cap. 2.
Plus intulit
in Ecclesie
Theſaurum
quam San-
cti omnes
ſimul ſumpti.
Innumeros
purgatorio
eripit.

143.

lib. 1. revelat. ejusdem S. Brigitt. cap. 16. appellat Matrem suam con-
solationem eorum, qui sunt in purgatorio. S. Vincentius Ferrerius sermo
2. de Nativit. B. Virg. ait: MARIAM bonam existentibus in purgatorio, quia pro
eam habent suffragium. & S. Bernardinus Senens. sermo. de SS. Nominibus
MARIÆ expendens verba illa Eccli. 24. in fluctibus maris ambulavi, & c.
cit: in regno etiam purgatorij Dominium tenet. Pena siquidem purgatorij
dicitur, fluctus, quia transitoria est, sed additur, maris; quia nimirum amara
est: & ab hiis tormentis liberat B. Virgo maxime devotos suos, & hoc est, quod
ait: in fluctibus maris ambulavi, scilicet visitans & subveniens necessitati-
bus; & tormentis devotorum meorum, imò & omnium qui ibi existunt, quod
liberis ejus sunt, cum sint filij gratie, & in gratia confirmati, atq; de gloria certifi-
cati. Bernardino consonat Bernardus: Ad MARIAM, inquit, sicut ad
medium, sicut ad arcam DEI, sicut ad rerum causam, sicut ad negotium lega-
lorum respiciunt, & qui in caelis habitant, & qui in inferno, & qui nos prece-
serunt, & nos qui sumus, & qui sequentur, & nati natorum, & qui nascuntur
ab illis. Illi, qui sunt in caelis, ut resarciantur: qui in inferno (id est purga-
torio) ut eripiantur: qui precesserunt, ut Propheta fideles inveniantur, qui
sequuntur, ut glorificentur. Idipsum compendiosius ex S. Bernardino
petit Hugo Cardinalis: Ad MARIAM respiciunt & qui habitant in caelis,
qui degunt in inferno, id est purgatorio, & qui habitant in mundo. Primum
ut resarciantur: secundi, ut eripiantur, tertij, ut liberentur. His suffrage-
tur Rutilius Benzonus Episc. Lauretan. Qui in purgatorio degunt ma-
ximam spem in intercessione B. Virg. ad Filium ad quamprimum terminantur
supplicia habere, nemo dubitare potest. Et ut mittam alios multos, Maxima
Roa: Certum est de sanctis prodesse orationes Sanctorum, maxime SS. B. V.
Genitricis, quae potissimam partem in Theſauro Ecclesie intulit, per opera pre-
stantissima vite tam diuturnae, nec proprio usu immunatam, cum nulla equivo-
citate satisfactione ipsa egerit. Quare dicunt Doctores plus ab ea illatum in Theſauro
Ecclesie, quam per omnes sanctos collectim acceptos. Et verò non infrequenter
à personis in ecclasi constitutis, visa est in purgatorium ingredi, & in calum
cere animas innumeras.

INNUMERA produci possent exempla, quibus luculentur
tradita praefatorum Doctorum, de pietate potestateq; DEIPARAE
in eximendis pijs Manibus ultricibus flammis, doctrina confirmat
tur, verum nunc pauca paucis insinuasse solum sufficiat. Primum re-
censet haece verbis Cantipratanus. [Novi Canonicum nostri Ordo-
nis D.

nis D. Joanni Evangelistæ apprimè devotum: post hujus obitum vidit alius ejusdem Ordinis S. Joannem ad B. Virg. accedentem, & præmissa debita reverentia dicentem: *Dominus, anima amici nostri sustinet gravia in purgatorio tormenta: eam obsecro, & eam liberemus.* Exaudivit preces pientissima misericordix Mater, & una cum D. Joanne descendens prædictam animam è flammis ereptam in cælum deduxit.]

Alterum recenset P. Ferdinandus de Castilio de quodam defuncto Ordin. Prædicatorum, cujus animam vidit Robaldus ejusdem Ordin. præbyter, dum ad aram eidem Virgini sacram celebraret, è piacularibus flammis ulnis beatiss. Virginis gestari, atq; in cælum deferri. O admiranda serenissimæ Cælorum Reginx ergà sibi devotas animas dignatio!

Tertium, refert Valerius Venetus in suo *Prato florido*, de filia Philippici Francorum Regis, Brabantix Duce: quæ cum gravi morbo affixa lecto detineretur, rogavit S. Ludgardè Virgini. per litteras, ut pro se dominum deprecaretur: quod charitatis officium, dum S. Virgo obiret, percepit à Domino propediem Ducissæ ex hac vita emigrandum esse: quare eam monuit, ut ad piam mortem sese sacramentis ritè muniret. Paruit illa, paucisq; diebus exactis, armis cælestibus instructa, cum morte feliciter confixit, animamq; suo reddidit Creatori. Tandem post obitum B. Ludgardi se conspiciendam obijciens indicavit, quàm brevi expiatorijs flammis fuerit *DEIPARÆ* Virgini. ope exempta, ob varia pietatis officia eidem SS. Virg. in vita exhibita: cum aliàs annis aliquot ob leneas quarundam culpæ maculas, nondum ritè expiatis in pœnis illis ei fuisset commorandum. Adjecit præterea, neminem mala morte, & absq; confessione mori posse, qui se clientelæ, patrocinioq; matris misericordix addixerit.

Quartum, (ut è plurimis, quæ nostra accidere ætate unum saltem addam) suppeditat Reverendiss. D. Joann. Caramuel *lib. 7. vite nostri Ven. P. Dominici à IESU MARIA, cap. 6. pag. 542.* referens, post celebratum, jussu *DEIPARÆ*, ab eodem Ven. P. Dominico missæ sacrificium, pro anima defuncti Bavariæ Ducis Wilhelmi V. in purgatorio detenta, apparuisse eidem Patri Sereniss. Virgini. dicti Ducis animam, jam gloriosam, secum ad empyreum conducendo. Fuit hic Dux Wilhelmus parens Sereniss. Maximiliani Electoris Bavariæ, Principis nostro ævo totoq; orbe celeberrimi ac laudatissimi.

Lib. 2.
apert. cap.
53. §. 12.

1. Pars.
hist. 8. De-
min. lib. 2.
cap. 14.

Part. 2. lib.
3. cap. 109.

Ducissæ
Brabantix
anni ali-
quot pur-
gatorij
condonan-
tur ob D.
Virgini. in
vita exhi-
bita obse-
quia.
Non potest
malè mori
D. Virgini
Clieus.

Deipara
liberatè
purgatorie
animam
Guilhelmi
V. Bavariæ
Ducis.

*Imaginem
hanc inquit
D.V. ad V.
P. Domi-
nicum) ani-
mo sincero
venerantes
gratias do-
nabuntur
dicuntur*

*Et se pro a-
nimabus de-
tentis in
purgatorio
oraverint,
efficaci pa-
trocinio in-
tercedam.*

I 44.

Quibus po-
tissimum
diebus Dei-
para ani-
mabus in
purgatorio
succurrat?

Pie credi-
tur in As-
sumpt. D.
V. evacua-
tum fuisse
purgato-
rium.

*Deipara
moriens
petijt, ob-
tinuitque*

Animadvertendum hic quoq; est obiter, quod loco cit. idem tra-
dit D. Caramuel: promississe DEIPARAM V. efficacis patrocinium
pro animabus in expiatorijs ignibus laborantibus, quandam suam
imaginem, cujus *ibid.* admiranda commemorat, pie venerantibus, a-
colentibus. Extat prodigiosa hæc SS. Virginis imago Viennæ As-
strix, in templo Carmel. Discalc. non paucis prodigijs celebri-
quorum nonnulla apud præfatum Authorem, legi poterunt.

LICET autem clementissima Cælorum Regina, quolibet pro-
tempore, parata sit ad misericordiam, opemq; suam pijs Manibus
in acerbissimis illis cruciatibus constitutis, propitiùs impertientibus
sunt nihilominus quædam tempora, quibus peculiari quadam ratione
pietatis suæ viscera ipsi complacuit referare.

Hæc verò, quantum ex Authoribus fide dignissimis, collige-
libet, sunt dies Virgineæ in cælum Assumptionis, dies Domini
Nativitatis, ac gloriosissimæ Resurrectionis.

Et imprimis quod attinet ad triumphalis DEIPARÆ in cælo
Assumptionis, quo Domina & Imperatrix cæli ac terræ constituta
Angelorum hominumq; Regina coronata est, atq; in lætitiæ signum
aperiti sunt purgatorij carceres, ac soluta vincula ibidem captivorum
ut indicat Joan. Gerson *Tract. 4. in Magnif.* his verbis: *Non est in-
credibile Christum fuisse, cujus currus erat decem millibus multiplex per Angeli-
cens secum multam ex purgatorio captivitatem, ob honorem novæ coronationis
illius, quæ Regina est misericordie &c.* Et Franciscus Mayronius, Doctor
illuminatus, serm. de Assumpt. asserit, DEIPARAM in gloria
sua ad cælum profectio, quam plurimarum animarum e purgato-
rijs ergastulis à dilectissimo Filio suo impetrasse exemptionem: ac re-
quis, quæ ibidem remansere (Si tamen aliqua relicta fuere) ipsius
intercessione mitigatas fuisse pœnas. Amplius & apertius dicit idem
Paulinus Tom. 2. de Sanctis, serm. 45. *pie creditur*, inquit, *DEI para-
legio in Virg. Assumptione evacuatum fuisse purgatorium: dum enim Præ-
coronatur, aperiuntur carceres, quanto magis in coronatione DEIPARÆ
Pijissimus Bernardinus de Bultis part. 2. Marial. serm. 1. de Assumpt. asserit
mat inter cæteros favores, quos SS. Virgo migratura ex hac vita
petijt, obtinuitq; à Filio, hanc fuisse, ut omnes, qui erant in purgato-
torio à pœnis in suo obitu eriperet. Vide sis nost. Joseph à JESU
MARIA lib. 5. de vita & excellentijs SS. Virg. cap. 21. num. 4. Chry-
gostomus*

gon. loc. *supracit.* num. 153. *Novarinum lib. 4. umbrae Virginiae num. 786.* ubi hæc inter alia habet: [Ferunt bonæ notæ Authores, Virginem morituram & in cælum ituram à Filio hoc petijisse, ut omnes animas, quæ in purgatorio detinebantur, secum ad gloriam deducere posset: quod ipsam obtinuisse dubium non est. Illud hic addiderim (ait idem Novarinus) non ea tantum vice, qua assumpta in cælum est, animarum liberationem obrinuisse; sed quotiescunq; hæc eadem solemnitas singulis annis vertentibus celebratur, adeò ut in ejusdem Virginis gratiam maximus animarum numerus, quæ purgatorijs cruciatibus torquentur, ab illis pænis liberetur.] Facit ad hoc, id quod narrat B. Petrus Damian. *lib. 3. Epist. 10.* & contigit Romæ, paucis antequam id litteris mandaret annis. Mulier quædam Marozia dicta, & jam ab uno defuncta anno, apparuit in nocte Assumptionis DEIPARÆ Virgin. in Basilica B. MARIÆ in Capitolio constituta commatri suæ, eiq; dixit, se usq; ad illud tempus graves in purgatorio pænas sustinuisse, sed DEI Genitricis patrocinio illa eadem nocte à purgatorio fuisse liberatam: addiditq; tantam animarum multitudinem per ejusdem Virgin. interventionem fuisse de locis pænalibus ereptam, ut numerum totius Romanæ plebis excedat; & cum mulier quam alloquebatur Marozia ambigeret, nec fidem adhiberet, subjunxit: *Vi experiaris, inquit, pro certo verum esse, quod loquor, scias te transacto hoc anno in eadem festivitate morituram.* Et rei exitus apparitionis ac revelationis veritatem comprobavit; nam elapso anno illo ipso die illa defuncta est. Quod B. hic Pater de DEIPARÆ Assumptionis solemnitate affirmat, alij non pauci, è quibus præfati PP. Novarinus & Chryzogonus ac Joannes Nierenbergius in *Throphæis Marianis lib. 6. cap. 137.* ad alias ejusdem SS. Virginis festivitates transferunt. Censent quippè in Virginis Matris honorem ac gaudij cumulum cedere, in quocunq; ejus festo plures ab ultricibus piacularibusq; flammis eximi animas. Imò ipse Chryzogonus *lib. cit. disc. 17. num. 78.* idipsum sentit & asserit de quolibet Sabbato, eidem SS. Virgini ab Ecclesia dicato.

Quod etiam in die quo DEI Filium humana carne vestitum huic luci edidit, ac Dominicæ Resurrectionis, pientissima misericordiae Parens solita sit, luctuosos illos purgatorij carceres invisere, inibiq; detentas animas solari atq; permultas in cælum deducere, probant

D d

à filio ut omnes, qui erat in purgatorio liberarentur.

Quot annis in festo Assumptionis D. V. in maximo numero animæ è purgatorio liberantur

Idem quodammodo sentiunt alij de cæteris ejusdem D. V. Festis: ac quidam etiam de Sabbato.

145+

Nec minus
præstat. in
nocte Do-
minicæ Na-
tivitatis ac
Resurrecti-
onis.

probant inter alios mox memorati Novarinus & Chryfogonus *loc. se-
pra cit. ex Dionysio Carthúsiano Serm. de Assumpt.* Duo socij erant, *ter-
ba sunt Dionysij*, se invicem valde amantes, quorum unus circa festum
omnium Sanctorum defunctus est: alter verò continuis fletibus se ab-
fligens, nihil pro defuncto orabat, cui post festum Nativitatis Chri-
sti defunctus apparuit dicens: Nihil mihi profuisti solum plorand-
(quasi impropere fletum) Ecce, inquit, beatiss. V. MARIA singulis
annis in Festo Nativitatis Christi ad purgatorij loca cum multitudi-
Angelorum descendit, & multas inde animas eripit, quoniam in no-
cte solemnitate illius Christum Regem gloriæ peperit. Cumq; in pro-
xima Nativitatis Christi solemnitate descenderet, & multas eriperet
animas, sperabam quod precibus tuis fuisset me etiam educutura, sed
non fecit. Verùm quoniam proxima nocte Dominicæ Resurrectionis
solet descendere ad purgatorium pro educatione animarum, eo quod
Christus nocte illa sanctos de lybno eduxit: rogo ne cesses pro me
cum lachrymis rogare, ut me illa nocte dignetur eripere. Et in hoc
scias te exauditum si tibi ultrà non apparuero. Et quia defunctus illi
ad viventem non redijt, creditur per Virginem gloriosam nocte illa
ereptus.

146.

Deipara
cohortatur
vivos ad
pietatem
erga de-
functos.

Nec satis fuit misericordissimæ Cælorum Reginæ pios ho-
mines in purgatorij ergastulis detentos proprijs meritis suffragijsque
eximere: verum ut manifestius omnibus pateret effusissima lux
eos benevolentia ac beneficentia, voluit non semel suos adhuc in hoc
vita degentes amicos studiosè admonere, ut suis precibus, satisfaci-
onibus atque pijs operibus, ijsdem succurrerent: cujus rei non pau-
ca possent exempla produci, at unius solum hic meminisse sufficiat.
ex supradicto D. Michaeli Baptista de La Nuza in vita Ven. M. Fran-
ciscæ à S. S. Sacramento. Ubi lib. 1. cap. 16. n. 5. & lib. 2. cap. 12. num.
12. & seqq. ac lib. 3. cap. 8. num. 20. recenset, DEIPARAM in con-
mitatu complurium Cœlitum huic Virgini frequenter apparuisse, ut
que, inter alia efficaciter cohortatam fuisse, ad constanter profegere
dam, cui mirificè addicta erat, erga pios Manes pietatem; sibi enim
Filioque suo hanc admodum placere, longeque acceptissimam esse. Licet
his inferre.

Si hæc, quæ supra indicavimus, pietatis viscera, serenissima
Virgo communiter & universim Christi Fidelibus exhibeat, quæ non
exhibet

exhibebit & præstabit suis Fratribus ac Confratribus, tot sibi titulis, ut in superioribus non semel vidimus, conjunctis, consecratis, ac confederatis: qui minimè contenti communi vulgarique illiuscultu atque obsequijs, sed speciali excelsiorique, toto eam vitæ decursu prosequuntur; qualis est singularis observatio castitatis, quotidiana recitatio Divini aut Mariani officij, apocreas sive abstinentia perpetua à carnibus feria I V. & sabbato hisque similia, de quibus infra in 6. hujus operis parte agemus;

Quis eredit pijsimam matrem suæ misericordiæ viscera erga suos proprios obserare Confratres, tot sibi modis devinctos ac devotos, quæ alienis tam effusa referat benignitate? quis eredit fidelissimam Virginem, contra promissionis suæ, contractusque initi rationem ac pactum, posse permittere, ut Sodales sui, præstita jam ex sua parte imposita veluti fœderis contracti conditione, diutius & ultra factam ipsis sponsonem, ultricibus in flammis hæreant ac torqueantur? imò quis non eredit, eos ab illa sabbato ab eorum decessu, aut quantocius, è pœnis eripiendos? cum constet ex Ecclesiasticis authenticisque Historijs, quas hic, ut consulam brevitati, referre omittam, nonnullos alias obnoxios, ejusdem intercessione ab illis fuisse servatos omnino immunes.

Legendus in eandem sententiam, qui pijsimè ac luculenter de hoc disseruit argumento, R. P. Laurentius Chryfogonus 1. part. *Mundi Mariani disc.* 17. num. 78. ubi hisce verbis suum obsignat discursum. [Si illa erga eos, qui non tam arcto Sodalitiorum fœdere, sese ei adstrinxerunt, adeo effusam bonitatem ostendit, quid facturam putamus ijs, qui in hac Carmelitana SCAPULARIS Congregatione vitæ puritate, & Sacramentorum frequentatione, virtutes ejus imitantes, ei deserviunt] ac quibusdam interpositis prosequitur. [Si ergo hi viri sancti (recensuerat nonnullos devotione in pios Manes illustres,) tanto cum pietatis ac commiserationis affectu animas particularibus illis ignibus cruciatas, ut ab eis eriperentur, profecuti sunt: quid nobis sanctam Sanctorum omnium Reginam, ipsam optimam, optimi, maximi que DEI Matrem, Matrem ipsius misericordiæ, cujus viscera semel quidem misericordia fœta, nunquam tamen effœta sunt, facturam arbitramur, pro suis devotis servis, clientulis, amicis, filijsq; qui ipsi tam fideliter, tanta cum animi puritate, in hisce Sodalitijs
D d 2
ipius

ipsius, quale est inter cœtera Carmelitanum hoc, de quo hætenus deserviunt.

Fecit certè hætenus, & imposterum faciet, pro infinita illa propemodum, qua pollet pietate ac charitate super omnem humanam Angelicamque naturam; charitate inquam illa, quam sanè nulla creata mens capere, nulla lingua effari valet. Libuit hæc paulò diffusius explicare, ut ij, qui contra Sodalitium hoc sacri SCAPULARII in venerabili Carmelitano Ordine erectum, Privilegiumq; illud Sabbatinum liberiùs obloqui consueverunt, ad cor revertantur, & veradeo pias, adeo rationi consonas, à tot summis Pontificibus confirmatas, dente theonino arrodere, Momique sublatò supercilio capere imposterum erubescant.] Hætenus ille.

C A P U T XII.

*Qua certitudine credendum sit animas Confratrum
B. V. Sc. è purgatorio liberari ratione privilegij
Bulle Sabbatinæ.*

I 47.



U M jam satis superque, in superioribus veritas ac certitudo Sabbatini privilegij asserta & stabilita esse videtur, restat, ut declaremus, quæ & quanta sit certitudo illius. Quod priusquam præstemus paucis insinuandum est, quid sit dubium, quid opinio, quid fides, quid certitudo, &c. *habentem* juxta doctrinam S. Thomæ est *contrariarum rationum equalitas*. Unde homo propriè dubitat de aliquo, quando habet rationes ad utramque partem æqualiter, aut quasi æqualiter moventes; ita ut non amplius in unam, quam in alteram moveatur, aut inclinetur. Alij dicunt dubium esse, quando quis neque assentitur, neque dissentit, in neutram partem inclinans, sed velut in æquilibrio hæret.

Quid Opinio?

*in 3. dist. 7.
q. 5. art. 4.
2. 2. q. 2.
art. 1.*

Quid sit dubium?

*1. p. q. 19.
art. 9. ad 4.
2. 2. q. 2.
art. 1.*

Opinio secundum eundem Angelicum Doctorem, est actus intellectus, qui fertur in unam partem contradictionis, cum formidine alterius, in quo differt à dubio, quod opinans assentitur & determinatè adhibet uni parti, licet cum formidine alterius; dubitans vero neutri, & quia hæc adhæsiō est cum formidine, potest objectum opinionis se habere, & consequenter non repugnat illi falsum subesse.

F I D E S

Fides est assensus intellectus determinatus quoad ad unam partem propter autoritatem & testimonium dicentis. Unde inquit Augustinus, credere est cum assensione cogitare, & credere idem est, quod adhibere fidem. Distinguitur autem fides in divinam & humanam, ratione formalium objectorum seu testimoniorum, in quibus fundatur: quod si fuerit divinum, erit divina, & supernaturalis, in qua ratio formalis assentiendi est divina revelatio, seu veritas prima ut revelans; conditio vero necessariò requisita est propositio Ecclesiæ. Si vero testimonium sit creatum vel hominis vel Angeli loquentis suo nomine, aut autoritate propria, erit fides naturalis seu humana. Differunt vero fides divina & humana in hoc, quod huic possit subesse falsum, illi minimè. Hæc innititur veritati divine, inquit S. Doctor, quæ est infallibilis: illa rationi humana non ex necessitate concludentis, cui potest subesse falsum. Ab opinione vero differt fides humana, quod illa nititur rationi & discursui, hæc vero testimonio extrinseco dicentis.

Quid fides?

De predest. Sanct. Op. 2

S. Tho. 2. 2. q. 4. a. 5. ad 2.

In quo differat divina ab humana fide? in quo hæc ab opinione?

Quid sit certitudo?

Certitudo autem est firmitas adhesionis virtutis cognoscitivæ in suum cognoscibile: ita ut ille, qui est certus de re aliqua, firmiter inclinatur & adhaereat illi rei: & tantò firmitus, quantò est validius, id quod illam adhesionem causat. Unde fides, quo majus est testimonium, tantò plus habet certitudinis; credimus quippè majori certitudine, quæ à pluribus fideq; dignioribus asseruntur; potestq; nunquam pertingere ad certitudinem moralem, ut cum credimus Constantinopolim esse: imò quandoq; accedere ad omnimodam certitudinem, atq; in ea excedere scientiam, uti patet in fide divina, de cujus dogmatibus longè sumus certiores, quàm de conclusionibus in quacunq; scientia demonstratis. Hoc vero ex eo procedit, quod divina autoritas, cui illa innititur, firmitior atq; indefectibilior sit, quocunq; lumine creato, ex quo scientia generatur;

OBSERVANDA quoq; hic venit doctrina, quàm tradit S. Thomas, quodlib. 9. art. 16. asserens Papam in his, quæ ad fidem pertinent errare non posse: in alijs vero sententijs, quæ ad particularia facta pertinent, labi posse. Canonizatio vero Sanctorum, inquit, medium est inter hæc duo; quia tamen honor, quem sanctis exhibemus, quadam profusio fidei est, qua Sanctorum gloriam credimus, piè credendum est, quod nec etiam in his judicium Ecclesiæ errare possit. Ex qua inferitur, Canonizationem Sanctorum non esse certam certitudine fidei divinæ, quod vole-

148.

Pontifex in his, quæ ad fidem pertinent labi non potest.



bat, teste Silvestro, verbo *canonizatio*, quidam Joannes Neapolitanus quodlibet 10. affirmans hæreticum esse, asserere, posse Pontificem errare in Sanctorum Apotheosi: neque esse de genere illorum, in quo falli potest, iudicium Ecclesie; quales sunt controversie facti particularis e. c. promotio hujus vel illius ad dignitates aut beneficia, his similia: sed mediat inter prædicta, habetque certitudinem mediam: ideoque licet nonnullis videatur posse absolute in hoc errare Ecclesiam, quod colligunt ex Gloss. in cap. 1. de reliq. & vetera Sanctorum in 6. & cap. A nobis secundo de sentent. excommun. pie tamen credendum est errare non posse, & defacto non errare. Cujus ratio est: quia hæc est pars quedam materie moralis, & valde necessaria ut Ecclesia non erret in cultu & adoratione Religionis: alias committere posset, ut coleret hominem damnatum, & ad illum preces forederet; quod est etiam contra puritatem & sanctitatem Ecclesie. Et licet contrarium sentire & asserere non sit hæreticum, esset tamen impium & temerarium, nam tametsi canonizatio Sanctorum careat certitudine fidei divinæ, attamen ob rationem jam dictam, & quia in re rectè fidem concernit, debet esse infallibilis ac certissima. Quia inquit Suarez, deficeret DEUS in re maximè necessaria Ecclesie quod est contra providentiam & promissiones ejus. Et ex dictis colligere licet, in quo consistat certitudo illa media, qua aliquid præcognoscibile est: quæ rectè dicitur media, quia excedit omnem certitudinem humanæ fidei, & non accedit ad certitudinem fidei Divinæ, absolute infallibilis & indefectibilis. PRIMUM probatur, quia certitudo media non nititur præcisè testimonijs humanis & naturalibus, ut humana & naturalia sunt, sed ut substantia divinæ providentiæ & speciali Spiritus sancti assistentia. Undè in rebus maximi momenti & publicè populo Christiano propositis, maximè si indirectè fidei vel bonos mores concernant, assensus fidei plusquam humanus & naturalis Romanis Pontificibus debetur; etiam in casu, quando non discernunt esse de fide, quod taliter publicè proponunt. Nec obstat, quod dicas testimonia hominum de vita, sanctitate & miraculis ejus, & Sanctorum factis adscribendus est, falsa esse possunt, non enim illis DEUS, ne in testando errent, Ergo errabit quoque Pontifex in definiendo &c. Respond. enim DEUM quidem non assistere specialiter hominibus attestantibus de prædictis, verùm assistere Pontifici, in d.

Ecclesia non errat nec potest errare in canonizatione Sanctorum; & quare?

Consultatur Tho. Waldens. To. 3. doct. tit. 14. cap. 22. § seq. Contrariū asserere est impium non tamen hæreticū.

Tract. de fide disp. 5. sect. 8. n. 8.

In quo consistat certitudo media inter divinæ humanæque fidei certitudinem? & cur talis dicatur?

Quæ fides debeatur Rom. Pontifici, in re-

in definiendo labatur. Quare licet demus hominum testimonia falsa quandoq; esse, DEUS tamen Pontifici assistet, ne deficiat, & divinæ erit providentiæ tunc ostendere & patefacere ea testimonia esse falsa. SECUNDUM, scilicet quod hæc certitudo media non pertingat ad certitudinem fidei divinæ constat; quia conditio necessaria ad fidem divinam, nempe propositio Ecclesiæ deficit: Unde Augustinus, *Evang. inquit, non crederem, nisi me catholica Ecclesiæ moveret autoritas.* His expositis & suppositis.

DICENDUM est primo, non posse dubium esse de Sabbatino Privilegio. Patet hoc manifestè ex ijs, quæ supra diximus ex S. Thoma de dubio: cum enim ad illud requiratur contrariarum rationum æqualitas, & hæc æqualitas non adsit in nostro Privilegio, non poterit de eo dubitari. Hanc rationum æqualitatem non adesse solidè demonstrant Diplomata Apostolica, authentica Instrumenta, sacram Congregationum eminentissima Decreta, illustrissimorum Antistitum, celeberrimarum Universitatum, sapientissimorum Virorum, Doctorumq; suffragia & testimonia, cæteraq; supra pro Sabbatino Privilegio producta: cum è contra nihil simile, aut solidè opponi possit, ut vidimus supra *Capit. 7. hujus Part.* ex argumentorum privilegium hoc impugnantium dissolutione. Nec obest reperiri quandoq; quempiam, qui dubitet de hoc privilegio: id quippè, ut jam nihil dicamus de minus pia affectione, procedere potest ex ignorantia præfatarum rationum ac momentorum, quibus privilegium asseritur: sicut nonnunquam contingere potest, quempiam conclusionem aliquam scientificam solùm opinativè cognoscere, quàm alius per scientiam attingit: quia hic, non autem ille, evidentiam ejus, ac principia scientifica, ex quibus illa deducitur, penetrat.

DICENDUM est secundo, opinionem simpliciter loquendo non habere locum respectu hujus privilegij; bene tamen secundum quid. Prior asserti pars probatur; de ratione opinionionis est, ut supra vidimus, incertitudo sive formido alterius partis, quæ simpliciter loquendo non cadit in hoc privilegium; cum certum sit, speciali quadam certitudine, uti mox dicemus. Altera etiam patet; quia rationes nonnullæ cum alijs supra adductæ generare solum videntur opinativum assensum Ergo &c.

DICENDUM est tertio, hoc privilegium fide humana, ut minimum

bus maximi momenti esto eas de fide esse non decernat?

I 49.

De Sabbatino Privilegio, rationabiliter dubitari nequit & cur?

I 50.

Nec opinio absolute loquendo habet in eo locum.

Meretur ut minimum

fidem hu-
manam.

mum esse credibile. Hoc abundè probant in superioribus produ-
diplomata, instrumenta, monumenta, testimonia, argumenta & si-
fragia Pontificum, Cardinalium, Antistitum, Academicorum, Docto-
rum, &c.

Et qualent

DICENDUM est *quarto*, hoc privilegium credibile esse nec
quacunq; humana fide, sed tali, quæ habeat certitudinem moralem
& omnimodam, intra limites humani testimonij. Probatur: illud
citur moraliter certum, quod autoritate ac testimonio omnium ho-
minum vel majoris partis, aut multorum præcipuorum, maxime
tûs omnis Ecclesiastici firmatur, at privilegium Sabbatinum ma-
rum præcipuorum status Ecclesiastici firmatur testimonio, Ergo
Major non videtur egere probatione: Minor patet ex supra adducto
Pontificum, Cardinalium, Episcoporum, plurimorum Doctorum
præcipuorum utiq; Ecclesiæ membrorum testimonijs, quibus privile-
gio Sabbatino suffragantur.

ISI.

Est certum
certitudi-
ne media
inter divi-
næ huma-
næq; fidei
certitudi-
nem.

DICENDUM est *quinto*, privilegium Bullæ sabbatinæ esse cer-
tum, certitudine quadam media inter humanæ ac divinæ fidei certitu-
dinem, hoc est, esse piè credendum. Hæc assertio probatur *primò*
thoritate PAULI V. & Sac. Rit. Congregat. quæ in decreto supra
Cap. IV. num. 98. adducto expressissimis hisce verbis id affirmant, *per-
mittatur prædicare, quod Populus Christianus possit piè credere de adjuv-
animarum, &c.*

Secundo autoritate Divini Officij in festo Commemorationis
Solemnis B. MARIÆ V. de monte CARMELO, de quo supra
Cap. VIII. num. 125. disseruimus: *Materno plane affectu (verba lecti-
lectionis sextæ) dum igne purgatorio expiantur, (Confratres) solari, ac
cælestem patriam obtentu suo quantocius piè creditur esse ferre. Quam eximia
Divini Officij autoritas loco cit. & prima parte Cap. VI. obiter infirma-
vimus.*

Præterea cum hoc privilegium sit aliquatenus ratio, ac funda-
mentum specialis alicujus festivitatis, scilicet. B. MARIÆ V. de
monte CARMELO, ut supra cit. Cap. & num. demonstravimus, & to-
le fundamentum ob cultum divinum in simili solemnitate DEO exhibi-
beri solitum, debeat habere plusquam purè humanam certitudinem,
ut *ibidem* diximus, sequitur privilegium hoc necessariò habere certitu-
dinem illam mediam &c. Accedit *quarto*, quod Pontifices privile-
gium

gium hoc suis Apostolicis Constitutionibus approbantes ac confirmantes, non ut privati Doctores agere censentur, verum ut suprema potestate in Ecclesia fungentes, quorum proinde testimonia amplior, quam purè humanam & ordinariam fidem promerentur, ut infra iterum ostendemus.

Ex his omnibus inferitur *primò*, privilegium hoc eandem ad minimum habere fidei humanæ certitudinem, quam habent cætera, quæ passim in Historijs Ecclesiarum ac Religionum, alijsq; similibus libris referuntur. Certitudo quippe humanæ fidei nititur testimonijs hominû, ergo ubicunq; adfuerint hujusmodi testimonia, uti adsunt respectu nostri privilegij, necessum erit ejusdem fidei certitudinem reperiri.

Inferitur *secundò*, privilegium hoc in ratione certitudinis multum excedere ea, quæ alij ordinariè loquendo in suis Annalibus aut Monumentis recensent. Cujus ratio est; quia huic privilegio intra limites humani testimonij competit certitudo moralis & omnimoda, juxta dicta supra in quarta assert. quam tamen non semper, imo rariùs habent alia, quæ referuntur, sive in Annalibus Ecclesiasticis in communi, sive in Chronicis Religionum in particulari.

Inferitur *tertiò*, hoc ipsum privilegium quoad certitudinem præstare eis, quæ alibi summi Pontifices, ut privati Doctores, tradunt: imo etiam ut Pontifices respectu particularium negotiorum, vel controversiarum, quæ non sunt juris, sed facti alicujus particularis. Hæc enim non pertingunt ad fidem, quâ aliquid piè credibile est, verum in altero extremo persistunt, & ideo in illis quandoque Pontifices errare possunt, & de facto nonnunquam errarunt; privilegium vero nostrum Sabbatinum obtinet dictam supra fidei mediæ certitudinem, quæ aliquid piè credibile est, atque ita demptis ijs, quæ ad fidem divinam vel bonos mores pertinent, & quæ propiùs & directè ad hæc accedunt, maximam hoc privilegium adeptum est certitudinem, & infallibilitatem, piæ scilicet credulitatis.

DICE S: Pontifices non proponunt Privilegium hoc, ut ex necessitate in Ecclesia DEI suscipiendum, vel credendum, sed cuilibet liberum relinquunt credere, vel sentire de illo quidquid libuerit. Patet hoc ex ipso verborum tenore Apostolici Decreti PAULI V. dum in-
fit: *permittatur predicare, quod Populus Christianus possit piè credere, &c.*

RESPOND. imprimis, quod sacra Rituum Congregatio sub
E e
eodem

152.
Corollaria
ex prædict.
assert. de-
ducta.

153.

Satisfit factæ objectioni.

P. 2. lib.
5. 6. 7.

eodem PAULO V. & iterum sub VRBANO VIII. an. 1628. in approbatione ac confirmatione Officij Commemorati. Solem. B. M. V. de monte Carmelo, non usurpavit, hæc verba *possit piè credere*, verum absolute asserit *piè creditur*, ut constat ex *lectione sexta*. Præterea Pontifices in Religionum approbatione, non in particulari certam Religionem ex necessitate suscipiendam aut amplectendam proponunt, uti rectè advertit Azorius, verum tanquam bonam & salutarem vitæ regulam, quam quisquè, si velit, DEO adjuvante, capessere & profiteri queat, ipsa nihilominus talis Religio approbata, ut redemptivæ forma ac regula, piè creditur, quoad hæc firmæ & infallibilis veritatis; neque de hoc ambigere licet, stante hac approbatione, quantum est ex parte & institutione istiusmodi Religionis; ita, propositione tamen servata, de privilegio nostro sentiendum est. Ello enim PAULUS V. non proponat illud Ecclesiæ per suum Decretum, ut ex necessitate suscipiendum aut credendum, nihilominus hoc ipso, quod Pontifex suo illo statuat Decreto hoc privilegium publicari ac prædicari posse Populo Christiano, tanquam quid bonum & salutare, quod quisquè pro suo arbitrio capessere valet: necesse est subsistere eam veritatem & veritatem: falsa namquè nec permittit Pontifex, ut prædicentur, nec scienter prædicari queunt sine enormi delicto.

Ut autem hæc facilius, pleniusquè capiantur recolendum est quod *supra Cap. 7.* insinuavimus, & de quo *infra Cap. 15.* sermo incidit, sub eodè scilicet Paulo Pontifice nonnullos contentiosissimos laborasse, ut privilegium hoc convelleretur. Verum Pontifex, post missum maturo examine, ac discussione, pluribusquè desuper Consultationibus habitis, de consilio sacræ Congregat. sanctæ & generalis Inquisitionis Romanæ, Apostolico Diplomate privilegij veritatem, firmitatemquè asseruit, talisquè veritatis ac firmitatis esse declaravit, ut à Populo Christiano sine lapsus errorisquè periculo piè credi queat. Ex quo liquidò patet Paulum V. nullatenus cujuslibet arbitrio remittere, hoc privilegium verum vel falsum credere & asserere, aut sentire de illo pro libitu; aliàs nullum foret ejus Decretum atquè immeritò Sedes Apostolica prædicari hoc privilegium in Ecclesiâ posse constituisset. Præterea nihil operaretur in favorem Ordinis & Sodalium Carmelo-partheniorum, adeoquè esset inutile, ut consilio recisam aliàs rationes & absurdas inde sequelas.

Dicitur

DIEB secundò, quæ piè creduntur non sunt adeò certa & infallibilia, sed credentis devotioni & piæ affectioni relinquuntur, Ergò &c.

Respond. multùm quidem valere pium affectum in his & similibus rebus: nam prout quisq; affectus est, ita ferè sentit & judicat, non tamen inde sumunt suam firmitatem ea, quæ piè creduntur. Licet enim ad credendum fide divina requiratur pia affectio ac libera voluntatis electio, non tamen inde habent suam firmitatem res fidei, verùm aliundè; ita proportione servata, quæ piè creduntur, sumunt suam firmitatem non à pia affectione sed ab extrinseco.

Licet ad credendū requiratur pia affectio, non tamen ab illa habent res fidei suam firmitatem.

Quot modis sint, & dicantur aliqua piè credibilia?

Animadvertendum verò est, inter ea, quæ piè sunt credibilia, dari suam latitudinem ac diversitatem. Quædam enim dicuntur piè credibilia, quia pientissimi ac sapientissimi alicujus Viri, vel plurium similibus testimonio nituntur: & hæc nunquam excedunt humanam aut moralem certitudinem. Alia verò dicuntur piè credibilia, non solum, quia ab uno aut pluribus viris. omni exceptione majoribus asseruntur, verùm etiam universim ab aliqua Ecclesia particulari, V. G. Trevirensi aut Salisburgensi &c. traduntur & observantur: & hæc tametsi magnæ sint autoritatis, nullatenus tamen infallibilitatem fidei Divinæ attingunt. Alia præterea sunt piè credibilia, quæ à Romanis Pontificibus Autoritate Apostolica traduntur, non quidem ut res fidei, sed ut piæ, sanctæ & salutaria, de quorum numero nostrum est privilegium. Alia deniq; sunt piè credibilia, quæ ab universali Ecclesia vel summis Pontificibus proponuntur, ut pia, sancta & indirectè ad fidem pertinentia, sicuti canonizatio Sanctorum, juxta doctrinam suprâ productam S. Thomæ Quodlib. 9. art. 16. & hæc supremum obtinent locum inter ea, quæ piè creduntur.

DICES tertio, in rebus facti infallibilem haud esse Pontificem, ergò Paulus V. ejusq; Prædecessores in comprobando Bullæ Sabbatinæ privilegio labi & falli potuerunt, Ergò non erit piè credendum, nec merebitur fidem quàm suprâ eidem asseruimus.

RESPOND. primo, nihil inde adversum nostra asserta concludi: dato enim, quod potuerint falli, & labi, num propterea lapsos asseremus? Nullus est Historiographorum, (sacros excipiendo) qui mentiri non potuerit, ergone mentitos fuisse inferemus? Nullus est naturalium scientiarum Professor, etsi peritissimus, qui ratiocinando aberrare

aberrare non possit, num indè statim cum Academicis scientiarum omnes tollendas è medio concludemus? Stramineam esse argumentationem de potentia ad actum docent Dialectici. Adde, debere in eo qui aberrare potuit admissi erroris demonstrari argumentum, quod in nostro nunquam casu fiet; cum factum, de quo agimus, iteratò discussisset, probaveritq; *Clemens VII.* & post hunc *Paulus III. Pius V. Gregorius XIII. & Paulus V.* purpurati Patres Congregat. Rituum, sacri Tribunalis hæreticæ pravitatis supremi Judices, alijsq; Viri sapientissimi, in quos, universim consideratos, errorem cadere nemo affirmaverit.

R E S P O N D. *secundò*, nolle me hic pluribus agere de infallibilitate Pontificis in re facti, quam defendunt Theologi, quando ex hujusmodi errore universali Ecclesiæ regimini damnum imminet: quod profecto accideret, si fabulas & mendacia toti Ecclesiæ proponerentur, suprema Apostolicorum autoritate munita, derogatis quibuscunq; Constitutionibus contrarijs, etiam de plenitudine potestatis contentis. Verum questione hac (quæ tamen omnem objicienti vix præcluderet) Theologis ad enodandum remissa hoc utor dilemma: Pontifex dum in re facti per Bullas loquitur, aut semper verum dicit, aut semper falsum; aut aliquando verum, aliquando falsum? si primum, secura erit nostra assertio & privilegium. Si secundum, grave erit piaculum mentiri continuò summum Pontificem. Ad tertium igitur devolvetur difficultas, quæ ut expediatur, statuenda erit regula, qua discerni possit verum inter & falsum: alioquin Bullæ quælibet vel omnes rejiciendæ, vel omnes admittendæ, vel agendum prohiberetur, si nulla sit discretionis regula, quam sequamur, quod necesse non videtur absurdum. Quæ verò securior discernendi norma præscribi poterit, quam si Christi Vicarius, ijs circumstantijs Bullas communiat, quæ causam à se maturius discussam, legitimèque probatam asserant? Hæc verò universa ad hanc controversiam dissolvendam adeo concurrunt abundè, ut nullo in negotio plura sollicitudinis cautionis pro eruenda, asserendaq; veritate desiderari possent momenta; quam sanctissimi Pontifices adducti pro Sabbatino privilegio nobis reliquerint. Ex istiusmodi porro circumstantijs præcipue observat duas *P. Irenæus lib. cir. scilicet. 2. cap. 9. §. 4.*

P R I M A, qua Pontifex factum aliquod sic confirmat, ut Constitutioni contradicere prohibeat *sub indignatione Omnipotentis DEI, Sanctissimæ*

Anthores
differentes
de infalli-
bilitate
summi
Pontificis
insinuavi-
mus *supra*
I. Parte.
§. 6. n. 41.
§. seq.
Quibus ac-
censendi
Sanderus
de visibili
Monarchia
lib. 7. pag.
500. & ali-
bi passim.
Suarez
tract. de fi-
de, disp. 5.
sect. 8. nu.
7. §. 8.
ubi de in-
fallibilitate
Pontif.
in rebns
moralibus
fit in fit.
Approbare
surpita pro
honestis vel
è converso
repugnat
veritati &
sanctitati Ec-
clesiæ: &
ideo in his

rumq; Apostolorum &c. ALTERA qua plenitudinem suae adhibet potestatis. Priorem à CLEMENTE VII. expressam diximus supra. Posterio- rem inde colligimus, quod derogatum velit quibuscumq; Prædecesso- rum Constitutionibus, etiam de plenitudine potestatis corroboratis. Quanta quæso potestas requiritur, ut plenitudo Apostolica reprima- tur? Minorem plenissima sufficere non opinor. At derogat plenissi- mè Pontifex, Ergo dicendus per plenissimam id facere. Inde sic in- fero, privatus nemo sub indignatione DEI & Apostolorum, aut de plenitudine Apostolica potestatis id præcipit: Ergo dum id agit Pontifex, non ut privatus Doctor; sed quasi ex Cathedra pronuncians debet audiri. Pontificem verò etsi ut privatum Doctorem non velint infallibilem, errare tamen sedentem in Cathedra ac mentiri, è Catholicis sensur nemo.

Concludendum igitur ex ijs, que in solutione hujusce objectio- nis adduximus, nec deceptos fuisse summos Pontifices, nec decipi potuisse, dum Sabbatino Privilegio suam dederunt autoritatem ex Cathedra.] Hactenus ille.

DICES, hac doctrina admissa necessariò sequi videtur, Sabba- tinum Privilegium inter Fidei dogmata esse referendū, cum eadem summi Pontificis, qua cætera divinæ Fidei dogmata, autoritate & infallibilitate innitatur.

RESPOND. Id necessariò non sequi: esto enim summus Pon- tifex infallibilis decreverit, indeq; inferatur privilegij veritas & cer- titudo, attamen ut Fidei dogma non debet censi, eò quod tali sub obligatione suam recipi Decretum Pontifex minimè præceperit. Absit autem ut omne verum à summo Pontifice, quantumvis infallibili, emanans, in articulum, Fideiq; dogma recipiatur, quamdiu hoc mani- feste non declarat, neq; ad id obligat; verum longè efficacius ex di- ctis supra, inferri, & sequi videtur, non posse quempiam supra lauda- tis Apostolicis Diplomatum ac Decretis repugnare & contraire, quin incurrat iram, indignationemq; Omnipotentis DEI, Sanctorumq; Apostolo- rum &c. juxta Bullam Clementis VII. §. 13. imo cum infidelibus & gentilibus erit censendus ex Cap. si qui sunt. dist. 18. & Cap. Sciendum summopere 8. q. 1. etsi enim ad recipiendum Sabbatinum privilegium minimè quis teneatur, attamen licitè non potest ipsi contradicere: cum summi Pontifices obligationem recipiendi non imposuerint;

Ec 3

facul-

etiam er-
rare non
potest Pon-
tifex. Et
idem To.
4. de Relig.
Tract. 3.
lib. 4. C. 4.
num. 5. &
segg. ubi
infallibile
demonstrat
Pontificem
in ijs, que
ad hunc
pertinent,
ac nonnul-
la exponit
indicia,
quibus dis-
cernatur
Pontificis
ex cathedra docen-
tis senten-
tia.

156.

facultatem nihilominus contradicendi omnem ademerint, per præta Decreta ac Diplomata: ideoq; aut illud quis debet admittere, aut negative se gerere, & ab eo reiiciendo omnino abstinere. Quæ combi- mari posse videntur, præclara illa ex Cap. Nemini 17. q. 4. sententia Nemini est de Sedis Apostolicæ iudicio iudicare, aut illius sententiam retrahere permissum, videlicet propter Romane Ecclesiæ Primatum Christi munere in beo Petro Apostolo diuinitus collatum.

C A P U T XIII.

*Quo modo è piacularibus flammis liberentur animæ
ut Privilegij Bullæ Sabbatinæ.*

157.

Exponitur
titulus quæ-
stionis, qui
duplicem
habet sen-
sam.

DUPLICEM potest habere hæc quæstio sensum. Potest quippe primò intelligi de modo, quo fit solutio Divinæ iustitiæ pro pœna temporali culpis jam dimissis debita, quàm luitura erant ejusmodi animæ in purgatorio. Utrum scilicet per modum satisfactionis aut suffragij, aut aliquo alio fiat modo? Potest secundò hæc quæstio intelligi de modo, quo eripiuntur animæ ex igne purgante, & in cælis collocantur: an scilicet ministerio Angelorum, aut per descensum B. V. in locum purgatorij, aut juxta utrumq; hunc sensum quæsitum hoc breviter discutieris, quo utriusq; expositio ad plenioram privilegij nostri notitiam haud parum conducere necessariaq; videtur.

Controversia hæc juxta priorem sensum non est adeò facilis solutionis, ut quidam existimant. P. Cyprianus à S. MARIA in *Thesauo Carmel. Cap. 17.* sub finem, paucis se ab illa expedit, dicendo quod duplici via fieri possit hæc exsolutio &c. *Vel, inquit, precibus, apud Unigenitum suum fundendo, quæ efficacissima sunt; vel satisfactione ei offerendo ad Divinam iustitiam compensandam, quas benignè à DEO recipi postulet.* Verùm pro faciliiori ac solidiori hujus difficultatis enodatione, nonnulla paucis observanda aut supponenda veniunt.

Imperium
in animas
Purgatorij
ex natura

Primò, Imperium in animas expiatorio igni addictas, ex natura rei ad DEUM spectare, cui inibi debitum solvunt defuncti. Ad DEUM, inquam, ut principium, Authorem ac supremum Dominum omnium pertinet iudicare vivos ac mortuos; sive enim vivamus

sive morimur Domini sumus. Ad Christum ut DEUM idem omnino spectat; ad eundem ut hominem titulo unionis Hypostaticæ. Et enim sicut Filius nascitur Dominus omnium, ita & Judex. DEUS quippè Christo homini iudicium communicavit, juxta illud *Ioannis* 5. Cap. *Omne iudicium dedit Filio.* Et iterum: *potestatem dedit ei iudicium facere, quia Filius hominis est.* Ad cæteros non legimus derivatam esse hanc potestatem, nisi pro finali iudicio. Tunc namque assidebunt Christo Judici universi, qui relictis omnibus eum secuti fuere. *Sedebitis*, inquit *Matth. 19. & vos super sedes duodecim iudicantes*, &c. & *Paulus 1. Corinth. 6. An nescitis, quoniam Sancti de hoc mundo iudicabunt? Nescitis quoniam Angelos iudicabimus?* Ast in purgatorium suis solum suffragiis & intercessionibus agunt Beati. Quæ quidem agendi ratio Cælorum Reginæ, cum cæteris est Sanctis communis, licet suprâ modum Mariana suffragia excellentiora atq; efficaciora sint, secundum ejus præcellentissima merita. Quod ipsamet DEIPARA S. Brigittæ manifestare dignata fuit hisce verbis: *Ego sum Mater DEI & Mater omnium, qui sunt in purgatorio, quia omnes pœna in qualibet hora propter preces meas aliquo modo mitigantur.*

rei ad solum Deum pertinet.

Et qua ratione ad Christum ut hominem?

Beati suis solum suffragiis in purgatorio agunt.

Lib. 4. Revelat. Cap. 138.

Observandum est *secundò*, orationem tribus modis considerari posse. 1. ut est *impetratoria*. 2. ut est *satisfactoria*. 3. ut est *meritoria*; oranti quidem de condigno, alijs verò pro quibus oratur, de congruo. Oratio, ut est impetratoria convenit etiam Beatis in cælo: orant namq; Beati, & multa impetrant viventibus, & defunctis è purgatorio ereptionem: quidquid dixerit Soto *in 4. sent.* Oratio verò ut satisfactoria est, solis congruit in hac vita degentibus, non autem Beatis, quia non sunt amplius in statu satisfaciendi. Quoad meritum certum est, Beatos in cælo non sibi mereri de condigno, cum sint in termino, adeoq; extra statum merendi de condigno: meritò verò de congruo, prout condistinguitur ab impetratione, Vasquez, & quidam alij apud ipsum Authores, existimant Cælites etiam nunc mereri; verum opposita sententia est communior videturq; verior.

Oratio considerari potest, ut impetratoria, ut satisfactoria, & ut meritoria.

Quomodo congruat Beatis?

Vasquez. 2. 2. *diff.* 2. 16.

Observandum *tertiò*, cum communi Theologorum sententia, bona opera iustorum in hac vita degentium animabus purgatorij applicata, illis prodesse per modum satisfactionis & solutionis, etiam ut plures docent de condigno, ad diluendam temporalem pœnam culpis eorum dimissis debitam: opera verò Beatorum in patria sic illis prodesse

Assignatur discrimen quod inter bona opera viatorum & Bea-

torum in-
tercedit
quoad ju-
vandam
animas
purgatorij.

prodesse nequeunt; non quod eorum opera minorem ibidem habeant condignitatem, quàm in hac vita, ad quemvis reatum expiandum; aut minus ibi quàm hic sint DEO accepta, aut minorem ergà defunctos habeant charitatem; sed quia in patria positi, jam sunt in termino & extra statum satisfaciendi ac merendi, quod adeo certum est, ut ipsemet Christus, qui cum Cælitibus vivit & regnat in æternum, licet nunc ibidem habeat eandem Divinæ Personæ dignitatem ad satisfaciendum de condigno, nedum pro pœna, verum etiam pro culpa, quam habebat, dum degebat in terris, ejus tamen opera modo, nec pro culpa aliqua, nec pro pœna sunt satisfaciiora.

Possunt
Beati suis
sibi in hac
vita super-
fluis satis-
factionibus
animas ad-
juvare pur-
gatorij, &
quomodo?

Observandum *quartò*, Beatos in cœlo, etsi, ut diximus, non sint in statu satisfaciendi, posse nihilominus suis precibus à DEO impetrare, ut satisfactiones suæ, quibus minimè in hac vita indiguerunt, applicentur animabus in purgatorio hærentibus, ijsq; optineant. Cum enim pleriq; Sanctorum plurima bona peregerint, & mala propter DEUM perpessi fuerint, & plures illorum, uti V. G. S. JOANNES Baptistæ, non nisi exigua, vel etiam nulla, uti B. V. MARIA, satisfactione pro semetipsis indiguerint, sequitur plurimas satisfactiones superfluas remanere in divina acceptatione ac Thesauro Ecclesiæ, quibus alijs egentibus suffragari queunt. Nec hoc quidquam derogat integritati gentijs, quas pro animabus in piacularibus flammis detentis concedunt Romani Pontifices, quia thesaurus satisfactionum, compensatione illi impertiuntur dictas indulgentias, est infinitus, & exhaustus, ob satisfactiones Christi, quas simul continet.

Designatur
alius mo-
dus, quo
Cælitæ
subvenire
queunt a-
nimabus
purgatorij.

Observandum est *quintò*, Sanctos in cælo suis intercessionibus non tantùm subvenire animabus in expiatorijs flammis laborantibus modo, quo mox diximus, verùm etiam obtinere posse à DEO, ut dependentibus in hac vita congrua offerat auxilia, illos efficaciter constantia ad opera pia, & satisfactoria pro dictis animabus præstantibus, quibus fiat satis justitiæ DEI vindicativæ; aut postulando applicationem suffragiorum ijs inutilium, pro quibus erant destinata.

158.
Utrum ju-
sti in
hac & Bea-
ti in altera

TANDEM observandum est, quod etsi nonnulli Theologice sentiant, preces justorum sive in patria, sive in hac vita non valere immediatè ad diluendam pœnam aliquam gratis animabus purgatorij, sine applicatione alterius æquivalentis satisfactionis, nihilominus multi valdè probabiliter oppositam tuentur sententiam, quod

scilicet iusti, tum in hac, tum in altera vita, animabus in igne expiatorio hærentibus, nedum per applicationem æquivalentis satisfactionis, verum etiam per modum impetrationis gratiosæ, impetrando scilicet aliquam pro illis gratuitam remissionem pœnæ in purgatorio luendæ, valeant prodesse. Hanc vocat opinionem valdè piam Fezaius *privileg. 2. controuv. 3. §. 5.* dicitq; nullam includere repugnantiam, sed consentaneam esse DEI misericordiæ, decereq; statum beatissimæ Virginis, Sanctorumq; in cælis regnantium, atq; animarum in purgante igne laborantium: propterea eam tueri, ait, universè de Sanctis omnibus graves Authores, S. Thom. *in 4. d. 45. quest. unic. art. 2.* Soto *ibid. quest. 2. art. 3. in fin. 9. concl.* Richard. *ibid. art. 2. q. 1.* Durand. *ibidem q. 1. n. 6.* Gabrielè in *Canon. lect. 55.* Belarm. *lib. 2. de purg. c. 16.* Ægid. de Coninck *disp. 11. de purgat. dub. 7.* qui omnes hanc doctrinam hauserunt ex Patribus, S. August. in *Enchirid. Cap. 108.* & in *lib. de cura pro mortuis agenda Cap. 4.* S. Joan. Chrysoft. *hom. 69. ad populum,* & in *Epist. 1. ad Corinth. hom. 41.* S. Ambros. *orat. de fide resur. & S. Gregor. lib. 4. dialog. Cap. 50.* ita Fezaius. Probatur quoq; hæc sententia ex usu Ecclesiæ, quæ frequenter orat pro defunctis, ut eis indulgentiam ac remissionem peccatorum suis supplicationibus à DEO obtineat, obtinere namq; remissionem peccatorum, seu pœnarum per modum supplicationis, non est illam obtinere per modum solutionis debiti, sed per modum gratuitæ impetrationis.

Confirmat hanc doctrinam R. mus Theodor. Stratius ratione desumpta è Catechismo Romano, jussu Pij VII. edito. Hic loquens de satisfactione Sacramentali, injungenda à Confessarijs, hortatur eos, ut pœnitentibus præcipiant, orare certis diebus pro defunctis, attestans hanc satisfactionem esse maxime convenientem, hisce verbis: *Ex omnium satisfactionum genere, maxime convenit pœnitentibus præcipere, ut certis aliquot, & definitis diebus orationi vacent, pro omnibus, & præsertim pro ijs, qui ex hac vita decesserunt, preces DEO faciant, &c.* Si ex Catechismi doctrina conveniens est pœnitentibus præcipere, ut DEO certis quibusdam diebus pro defunctis preces offerant, censendum est hujusmodi preces prodesse defunctis per modum gratuitæ impetrationis, cum ut satisfactoriæ pœnitenti duntaxat suffragentur & applicentur.

vita possint impetrare pro animabus purgatorij gratuitam pœnæ remissionem? Sententia affirmans eligitur ac probatur.

In instruct. cap. 11.

tur. Alijs rationibus hanc propugnat sententiam præfatus Fezarus quæ apud eum videri poterunt.

Satisfit cu-
idam obje-
ctioni, &
exponitur
quomodo
status pur-
gat. sit sta-
tus justitiæ
& non gra-
tiæ.

Nec obstat statum animarum purgatorij justitiæ esse & non gratiæ, & in quo, ut divinæ satisfiat justitiæ, pœna solvenda est, non gratiæ condonanda: responderi enim potest, id verum esse, quoad animas in purgatorio hærentes, quatenus nimirum licet ipsæ justitiæ ac DEO acceptissimæ, compluraq; bona opera præstent, nullum tamen ex eis commodum per modum satisfactionis, vel impetrationis pro se referunt, sed tenentur omnem pœnam debitam usq; ad novissimum quadrantem persolvere, nisi alij illis subveniant.

Si vero justij in hac vita suis valent precibus subvenire defunctis per modum impetrationis, obtinendo ijs gratuitam aliquam remissionem pœnarum, multo efficacius id ipsum valebunt præstare Beatæ patriæ, & omnium efficacissimè cœlorum Regina. Atq; hic est certus modus, quo ipsa suis intercessionibus animas suorum Fratrum & Confratrum in flammis laborantes adjuvari & solari potest.

Indicatne
alijs adhuc
modus, quo
DEIP. ani-
mabus Cō-
fratru su-
orū in pur-
gat. subven-
nre valet.

Verum si cum oppositæ sententiæ authoribus dicere velimus nullam profus pœnam animabus purgatorij debitam gratis à DEO remitti; sed solum per æquivalentem satisfactionem ac solutionem non deficit alius modus, quo DEIPARA Virgo pijs Manibus valeat opitulari. Nam præter modos supra expositos, potest à Christo Domino Unigenito suo postulare & impetrare, ut ipse de suis satisfactionibus in Ecclesiæ Thesauro reconditis, partem aliquam applicet animabus Confratrum suorum sibi commendatis: licet enim ordinem & regulariter id non faciat Christus Dominus, cum tanquam universalis causa & totius remissionis fons, jam instituerit Sacramenta causas secundas, per quas satisfactiones suæ egentibus committuntur: est nihilominus rationi maximè consonum, credere illum instantiam ac preces suæ beatissimæ Matris; in cujus gratiam in rebus alijs divinis est legibus dispensatum, ex speciali dispensatione eandem communicationem per seipsum facere.

159.
Deipara
modis om-
nib⁹ supra
relatis li-

Hi s suppositis, ad propositam difficultatem de modo, quo DEIPARA Virgo animas Fratrum ac Confratrum suorum e purgatorio eripiat, respondeo, quod id præstet omnibus supra expositis modis tum per viam impetrationis gratuitæ; tum per viam satisfactionis impetrando suis precibus auxilia viventibus efficacia, ad satisfaci-

dum pro eorum animabus : vel ipsa partem illis de suis satisfactionibus in Ecclesiæ Thesauro reconditis applicando : vel obtinendo à dilectissimo Filio suo , ut ipse per se ex speciali dispensatione in sui gratiam , talè de suis satisfactionibus ejusdem Thesauri applicationem faciat. Ita sentit præter alios R. mus P. Theodor. Stratius & P. Philibertus Fezayus *loc supra citatis*. Nec omnino dissentit P. Theoph. Raynaudus de hoc argumento sic differens ; *Cum contingit eos &c. descendere in purgatorium, impetrat Sodalibus, unde pendant divina Iustitia quod debent: nec educit ipsa è Thesauro publico Ecclesiæ, quantum necesse est, ut pro fidelibus laborantibus solvatur sed aliter illis prospicit. Nempe vel immediate impetrando liberationem interventu suæ intercessionis, quæ est aliquorum Theologorum sententia: vel impetrando excitationem superstitum ad juvandos Sodales laborantes in fluminis, per suffragia opportuna: aut exorando applicationem suffragiorum ipsi inutilium, pro quibus erant destinata: vel certè impetrando, ut Christus extraordinaria potestate utens, promat è Thesauro Ecclesiæ publico, quantum necesse est pro anima de qua agitur. Quamvis enim Christus claves Thesauri tradiderit summo Pontifici, quod attinet ad ordinariam erogationem: non tamen abstulit sibi potestatem inde extrahendi extraordinariè summam aliquam. Hactenus Raynaudus.*

ALIUM adhuc modum à præfatis omnibus distinctum, quo DEIPARA animas Sodalium è pœnis eximere potest, tradit P. Irenæus hoc discursu. [Verum si præter communem illam intercedendi rationem, singularem B. Virgini in vivos Fideles, & purgatorij defunctos prærogativam velis concedere; quemadmodum Christus homo singulare infra DEUM jus obtinuit in vivos & mortuos, argumentum non deerit, nec Patrum & Doctorum sensus, imo nec Pontificum.

Argumentum quidem eruetur Hypostatico ab ordine ad quem, præ cæteris, ipsamet Beatissimæ Virginis caro fuit assumpta in Christo Domino: ex quo confectarium videtur, ut cæteris abundantius atq; excellentius ejusdem Hypostatici ordinis dignitatis fieret particeps, quæ per propriam substantiam ad sacrum illum ordinem fuit cooperata. At Christus Dominus titulo Hypostaticæ unionis, non solum accepit suffragiorum potestatem, sed veri judicij atq; superioris cujusdam Domini, DEUM inter & reliquas creaturas; Ergo B. Virginem, quæ cæteros superat, propiusq; accedit ad eandem unionem

Ff 2

per

berat è purgatorio animas Fratru ac Cõfratru suorum. in Scapula Marian. 1. part. Cap. 5.

160.

loc. cit. sect. 2. c. 6. §. 8. Modus aliq; à præfatis diversus quo DEIPARA suorū Soda liū animas pœnis eximit proponitur & exponitur.

Probatur ex titulo unionis Hypostaticæ, ad quam

DEIPARÆ
suo modo
concurrit.

per immediatam decise suæ substantiæ administrationem, deest ob-
tinuisse, non modo abundantiorum suffragiorum energiam, sed ma-
jorem (infra Christum, & supra reliquas creaturas) auctoritatem
in prædestinatos, vivos & mortuos.

Confirma-
ex sensu
SS. Patrū.

Sensus Patrum est evidens. *Non deest illi potestas* (inquit D. Be-
nardus) *quia est Mater Omnipotentis: nec voluntas, quia est Mater misericordis: nec industria, quia est Mater Sapientis.* Si Bernardus precum ex-
lentiam duntaxat voluit commendare, ad omnipotentiam recurrere
non debuit, sed solum exaggerare voluntatem atq; misericordiam.
Potentior tamen inde asserit, quod *Mater* existat *Omnipotentis*, quæ
admodum *sapientior* ex eo, quod genuit *Sapientiam*: atqui hoc ca-
pitulum verum *Sapientie* augmentum DEIPARÆ fuit acquisitum: Ergo
pariter ex priori verè aucta fuit ejusdem Virginis *potestas*, & auctior
eum id *omnipotentis* proprium sit munus, ut potestatem augeat. Hæc
confirmat Petrus Damianus *serm. 44.* qui est primus in Nativitate B. Vir-
ginis. *Quomodo illa potestas potentie tue poterit obviare, quæ de carne tua, carnis
cepit originem?* POTENTIOREM Damianus fatetur MARIAM, ex qua
genuit *Omnipotentem*, non aliter sanè, quàm quod *Omnipotens* ille ma-
rem suæ *omnipotentis* virtutem parenti concesserit, quemadmodum
Sapientis singulari suæ *sapientis* radio illustravit. Quod clarius declarat
Damianus his verbis: *Accedis enim ante illud aureum humana recon-
tionis altare non solum rogans, sed imperans: Domina non ancilla.* Et in
Bonaventura in *speculo cap. 5.* *In MARIA est quadruplex gratia: gratia
norum: gratia premiorum: gratia privilegiorum: gratia laborum:* in prima
Seraphicus Doctor videtur intellexisse merita B. Virg. in *secundo* glo-
riam: in *tertio* privilegium Maternitatis & similia; quem ad tertium
spectat augmentum potentie, qua suos protegat, liberet, defendat.
In *quarto* preces & suffragia. D. Bernardus Senens. *Tom. 4. in Festo
B. MARIE serm. 3. de glorioso nomine MARIE*, agit fusè de Dominio
V. atq; *art. 1. Cap. 1.* sic loquitur: *Hæc est vera: DEO subdita est omnis
creatura, & B. Virgo: B. Virgini subdita est omnis creatura & DEVS.* Ver-
de Bernard. super missus est. *DEVS, cui serviunt Principatus, & potestates
obediunt, subditus erat MARIE, nec tantum MARIE, sed & potentior
propter MARIAM.* Ibidem *art. 2. cap. 3.* ait expressè, quod hic alienum
mus: *In regno purgatorij dominium tenet &c. D. Damascenus lib. 4. de Or-
thodoxa fide cap. 15.* non solum purgatorij, sed totius Universi servit.

Præ-

Principem. Nam revera, inquit, Domina facta est omnium creaturarum cum Conditoris omnium facta est Mater. Accedit commune votum Ecclesie, quo Reginam Celi appellat, & decantat. Reginam verò auctoritatis expertem quis cogitet? At si regiam in cælis potestatem exerceat, negari haud poterit, eadem uti posse in animas purgatorij, quæ cælo jam sunt destinata.

Decreta summorum Pontificum idem confirmant; nam in laudatis Bullis ac Litteris Clemens VII. & Paulus V. non modo suis suffragijs & intercessionibus, sed speciali etiam protectione B. Virginem defunctis Confratribus daturam auxilium promittunt. Supplicem verò quis appellet protectorem? si solis igitur suffragijs B. Virgo intercedat, quo nomine specialem protectionem præter suffragia ipsi concedunt Pontifices?

Cæterùm Mendoza lib. 2. virid. probat ex Patribus, metaphoricum non esse istud imperium, sed proprium ac germanum, materna ex dignitate deductum. Quantum verò sit non discutio. Moneo solùm minimè formidandum, ne ullum indè Christi Dominio afferatur discrimen; quemadmodum Divinæ Omnipotentia & auctoritati haud quaquam officit, quod Christus homo judicandi potestatem acceperit. Nam ut ex voluntate Patris Christus judicat, sic pariter Filij ad voluntatem Mater imperat. Undè D. Bernardus Hom. 4. in missus est, Non est dubiũ, quidquid in laudibus Matris proferimus ad Filium pertinere: & rursus cum Filium honoramus, à gloria Matris non recedimus. Hactenus Irenæus; qui etiam ibidem affirmat Mendozam in Viridario, hanc tueri sententiam, & pro ea adduci potest Laurentius Chryfogonus 1. part. Mundi Mariani discurs. 9. num. 7. ubi differens de Dominio potestateq; DEIPARÆ sic infit. [Virgini sanctissime possibilia sunt omnia, ob eminentissimam Divinæ Maternitatis dignitatem, qua ei potentiam, dominationemq; quandam infinitam in res universas contulit. Et quibusdam interjectis: Undè non immeritò Sanctorum Patrum nonnulli, virginalem hanc potentiam cum Incarnato Verbo dixere communem, quam illa meritò de congruo una cum gloria, divinæq; Maternitatis dignitate promerita est: qua sicut Domina ac Regina totius constituta fuit Univerſi; sic quoq; merito de congruo potentiam, dominionemq; supernaturale jurisdictionis & proprietatis quoad animarum salvationem, illi simillimum, quod VERBUM incarnatum de condigno promeruit, consecuta est. & num. 66. Purgatorium, ubi tetra caligine misera illa circumval-

Et ex decretis summorum Pontificũ.

Dominũ DEIPARÆ non metaphoricum, verum proprium fuit. vide sis quæ de hoc diximus ^{supra. par. Cap. XV. § XVI.}

DEIPARÆ hoc imperium merito de congruo meruisse censent nonnulli.

Lege his
de hoc di-
cta supra
in hac part.
Cap. 11.
num. 144.

Quod Dei-
para mo-
dis omni-
bus supra
expositis
animas
Confratr.
è purgat.
eripiat,
patet ex
Bullis Pon-
tificijs.

161.

Liberatio
hec ani-
mar. è Pur-
gatorio fit
ordinariè
ministerio
Angelorù,
& non per
personalè
Deipara
descensum
&c.

late animule, inferorum veris, non tamen æternis amburuntur incendijs, ea sua potentia mitigat &c. & num. 80. adducit Gersonem Cancell. Paris. Tract. 4. in Magnificat. affirmat DEIPARAM in die Assumptionis plurimas animas è purgatorij carceribus liberasse, ob honorem, ait Gerson, novæ coronationis ipsius, quæ Regina misericordie, & Domina gratie, & Mater misericordie, sub cuius Imperio sunt omnia jura regnorum, ut in summine stectatur omne genu caelestium & terrestrium, & inferorum, quamvis dicitur ad Filium benedictum, qui tamen subditus illi esse dignatus est. Hæc Gerson: & part. 2. disc. 42. num. 10. Ex dictis, inquit, perspicuum est DEIPARAM potestatem in celum habere, dum animas suis manibus illuc deponit potestatem in terra, dum easdem corporibus solutas in sinum pietatis sue reponit potestatem denique in inferno, dum easdem è purgatoris ignibus, qui ab omni summo sola alicujus temporis definitione, differunt, benignissime eripit. Sed de hac DEIPARÆ potestate ac Dominio copiosius egimus I. Part. Cap. XV. & p.

Quod verò sanctissima Virgo modis his omnibus in assertis subindicatis animas Confratrum liberet, constat ex Apostolicis Diplomatum Clementis VII. Gregorij XIII. & Pauli V. in quibus affirmat Beatiss. V. suis continuis intercessionibus, precibus, suffragijs, & meritis, ac specialis protectione adjuvare, &c. In quibus verbis, si attentius perpendantur præfatos modos omnes expressos reperiemus: non enim sine causa distinguunt intercessionem à suffragijs: & hæc à meritis & speciali protectione & hanc ab illis omnibus, nisi quid diversum, ac distinctum adjuvandi modum per hæc vellent significare.

Quo modo verò animarum è purgatorio fiat educio, quæ est altera propositæ controversiæ quæstio, utrum scilicet per realem ac personalem SS. Virginis descensum, aut alio quopiam modo &c.

RESPOND. hanc educationem fieri ministerio Angelorum non per realem DEIPARÆ ad locum penarum descensum. Hoc tradit Paulus V. in suo Decreto aliàs adducto, quo vetat de hoc privilegio fieri imagines cum descensione beatiss. Virg. ad animas in purgatorio hærentes eripiendas: sed ejus intercessione per manus Angelorum in celo collocari. Nonnulli, inter quos P. Irenæus, de merito Pontificis ambigere videntur. [PAULUS V. (inquit Irenæus) sic in Decreto ann. 1613. posteriorem partem elegisse videtur; quare quam dubitandi locus non desit, utrum picturam duntaxat prohiberit, ne rudis populus necessarium putaret descensum, cum reverentia necessaria

cessarius non sit : an verò sententiã reiicere voluerit , qua quis assereret B. Virginem verè descendere secundùm locum ad afflictos in purgatorio filios , Fratres , & famulos ? eadem enim est difficultas de cæteris , quæ de nostris Confratribus : nam si aliquando descendat , non videtur absurdum , quod idem beneficium sperent Confratres.]

Verùm licet de mente Pontificis , aut sacræ Congregat. ambigendum esse non videatur , cum ferè omnes SS. Virginis & Sanctorum apparitiones ordinariè soleant esse impersonales , ut videre est apud Thyraëm in *Tract. de apparitionibus*; advertendum tamen est , non repugnare doctrinæ orthodoxæ ac Catholicæ , aut solidæ probatæq; Theologiæ , B. Virginem personaliter descendere ad expiatorium carcerem pro solatio & ereptione animarum ibi laborantium. Imò id non semel accidisse attestatur Martinus Roa *lib. de statu animar. cap. 12.* his verbis : *dicunt Doctores plus ab ea (B. V.) illatum in Thesaurus Ecclesie , quàm per omnes Sanctos collectim acceptos. Et non infrequenter à personis in ecclasi constitutis , visa est in purgatorium ingredi , & in calum educere animas innumeras.* Nec desunt ad id confirmandum complura variaq; in Historijs Ecclesiasticis & Regul. Ordinum Chronicis , quæ produci possent exempla. Verùm sufficienter hæc adstruere videntur ac demonstrare suprâ *Cap. 11.* relata.

DICES JOANNEM XXII. in suo Diplomate asserere DEIPARAM V. promississe se descensuram ad purgatorium , &c. Ergò dicendum erit , quod personaliter descendat.

RESPOND. verùm esse , quod Ioannes B. Virginem spondisse affirmat , sed ex hoc non sequitur descensum B. Virg. necessariò debere esse realem ac personalem , sed sufficit , si sit moralis atq; impersonalis , per subventionem scilicet & opitulationem suprâ expositam. Sic legimus Gen. Cap. 11. *Descendit autem Dominus , ut videret civitatem &c. Et rursus : venite descendamus & confundamus ibi linguam eorum , &c.* & similes locutiones passim reperiuntur in sacris scripturis alijsq; libris pijs ; quæ non de personali descensu DEI sunt intelligendæ , sed specialem aliquam operationem ejus in illo loco expriment. Idem censendum de descensione beatissimæ Virginis , cum in Bulla Ioannis XXII. non exprimat descensus personalis , sed absolutè dicatur ventura , aut descensura ad animas educendas , &c. quod per moralem

Opus. 34.
Cap. 3.

Licet apparitiones D. V. & Sanctor. ordinariè soleant esse impersonales , tamen non raro legitur D. V. ad purgatorium descendisse & exinde animas eduxisse.

162.

Occurritur factæ objectioni.

Exponitur , qualis sit descensio

à Deip. in
Bulla Sabb.
promissa
&c.

ralem ac impersonalem descensum non minus verificatur. Imo P. Daniel in *Vinea Carmeli*, num. 832. ex ipsis DEIPARÆ verbis, *Ego magis gratiose descendam*, &c. hoc deduci posse, observat. *Non dixit, inquit, simpliciter, descendam; non enim ipsa personaliter, relicta sede glorie, purgatorium petit: sed addit, GRATIOSE, hoc est, per gratiam, sua videlicet intercessionem a Filio obrinendo, ut Angeli Confratrum animas è purgatorio educant.* Licet autem impossibile non sit, uti diximus, beatissimam Virginem personaliter descendere ad purgatorij locum, & de facto nonnumquam descendisse legatur, visum tamen est Pontifici ac sacræ Congregationi descensionem SS. Virginis in Bulla *Ioannis* expressam, intelligendam esse non de reali ac personali, sed de mystica & impersonali, ob nimiam alias futuram ejus frequentiam, utpote omni sabbato repetendam, quod etiam superfluum videretur, parumque congruere beatitudinis ejus statui: sed inde nihil decedit opitulatiōni atq; liberatiōni promissæ Confratribus, ut per se patet.

CAPUT XIII.

Utrum alij Ordines & Confraternitates, virtute communicationis mutue privilegiorum, participes sint privilegij Bullæ sabbatinæ?

163.



ANDEM post omnia in superioribus de Privilegio Sabbatino discussa & asserta, disquirendum venit, an illud sit proprium & peculiare Carmelo-parthenio Ordini ut Sodalitio, ut nulli sit alteri communicabile, aut communicatum? Communicabile esse, ac de facto communicari alijs, suadere videtur communis & recepta ab omnibus mutua privilegiorum communicatio, quæ inter Regulares, & Mendicantes maxime Ordines viget.

Lib. 2. de
Confratr.
cap. 2.
Quid possit
Pontifex

Ven. P. Thomas à JESU difficultatem hanc enodando animadvertit, non deesse quidem Romano Pontifici facultatem concedendi uni aut pluribus animabus, ut sabbato ab eorum decessu proximo, aut etiam citius, vel prorsus omninò à purgatorij flammis eximantur.

quia publicus Ecclesie thesaurus infinitus & inexhaustus, ad hæc omnia plusquam sufficientissimus est; cujus dispensatio & claves eidem Pontifici commissæ sunt. At quia ereptio animarum è piacularibus flammis virtute privilegij Sabbatini, annexam habet circumstantiam quandam ac conditionem, quæ non est subiecta clavium Ecclesie potestati; nimirum quod hæc animarum liberatio, per intercessionem & suffragia fiat beatiss. Virginis, ideòq; hæc indulgentia, quoad hanc conditionem, ac sub ista ratione alijs communicabilis non est; cum non sit concessa beneficio Theauri publici Ecclesie, sed orationum ac suffragiorum sanctissimæ Virginis, cui complacuit Ordinem ac Sodalitium sibi proprium singularissimo hoc privilegio dignari, & illustrare.

Sub qua ratione nõ sit communicabile Privilegiũ Sabbatinum?

Posse verò Celorum Reginam alijs aut Ordinibus, aut Sodalitij idem privilegium impertiri, ambigendum minimè videtur: de facto tamen nulli alteri communicasse, indubitatum videtur; cum nulla de hoc extet revelatio, nec Ecclesie declaratio: etsi enim summi Pontifices indulgentias huic nostro Sodalitio à se specialiter concessas, subindè indulerint alijs, nunquam tamen privilegium Bullæ Sabbatinæ; cujus nemo valet esse particeps, nisi aut sit hujus Ordinis alumnus, aut ejusdem Sodalitio inscriptus, servetq; munera ac conditiones ab ipsa DEIPARA in Diplomate JOANNIS explicatissimè traditas. Legendus in eandem sententiam, qui cumulatè de hoc argumento disseruit Joannes de Carthagena lib. 17. hom. 1. & lib. de sacra Antiquit. Ordin. Carmel. Tract. 1. cap. 4. ubi inter alia hæc habet. JOANNI XXII. summo Pontifici B. Virgo apparuit, ei præcipiens, ut evulgaret Carmelitis Fratribus, & omnibus cum illorum Scapulari sepultura traditis, purgatorij ergastulo detentis, assiduis intercessionibus, pijsque suffragijs ac singulari ejusdem Virginis protectione, primo Sabbati die ab eorum obitu adveniente, purgatorij pœnarum integram relaxationem dandam, & paucis interjectis subjungit. Singularissima certè gratia, qua nulla alia Religio potitur: quantum enim Seraphici Patris nostri S. Francisci habitum portantibus plenaria indulgentia concedatur, ejus tamen reliqui Mendicantium Ordines participes redduntur, eandemque Carmelitane Familie concessit CLEMENS VII. felic. record. gratia vero Sabbatini Privilegij propria est illius, & non alijs communis. ita ille.

Potest DE IPARA alijs Ordinibus ac Sodalitij illud communicare, de facto tamè nulli communicavit.

Privilegiũ Sabbatin. proprium est Ordin. Carmelitar.

Non dissimilia egregiè tradit Antonius Sanderus insignis venerandæ

Gg

randæ

In Choro-
graphia
Carmeli
Bruxell.
cap. 5.

De 7. Verb.

Domin.

Privileg.

Sabbat.

cæleste ac

divinum,

est, non

terrenum

aut huma-

num.

Quomodo
sit propriū
Ord. Car-
melit.

Cap. 6. edi-
tionis 25.

randæ antiquitatis investigator in *Brabantia illustrata*, disserens de Car-
melo Bruxellensi, ejusque occasione de Confrat. Mariani Scapularii
[Privilegium (inquit) Bullæ Sabbatinæ quod attinet, divinum est,
non humanum, cæleste non terrenum, propterea hic verissime de-
um intelligam, quod aliunde Arnoldus Carnotensis scripsit, *MATER*
Mater postulat, FILIVS approbat, PATER decretat. Hoc ergo Privi-
legium in cælis datum, per ipsam V. MARIAM ad terras delatum, per
JOANNEM XXII. est confirmatum, & promulgatum, ut hæc eger
Bullæ statim referende docent verba: *Istam ergo sanctam Indulgentiam*
accepto, roboro, & in terris confirmo, sicut propter merita V. Matris gratia
Christus concessit in cælis. ut hinc optime sacra Rituum Congregatio
SCAPULARE vestem cælestem nuncupet. (& infra) Quamvis
ergo sacri SCAPULARIS excellentissima Privilegia, propter me-
rita Virginis, ut *Ioannes* Papa testatur, ipse *Christus* immediatè concessit
in cælis, tamen ut quoad nos faceretur omnis ambiguitas, hominum
devotio certius firmaretur, necesse fuit cælesti illi donationi acce-
dere per suos Rectores comprobationem. (& nonnullis interpolatis
Illud porro non omittendum, hoc Bullæ Sabbatinæ Privilegium
ita Carmelitanis Patribus esse proprium, ut nulla Privilegiorum
communicatione alijs fiat commune, (quod confirmat ex Pontificiis
Diplomatibus) singularitatem hanc (inquit) innuit Pontifex
Joannes, dum se Privilegium Sabbatinum non dedisse (ut de alijs indulgentiis
fatetur) sed solum asserit publicasse & confirmasse. Idem videlicet
terque, distinxit *Gregorius XIII.* qui à *Ioanne* alias quidem gratia
datas, hoc vero Sabbatinum Privilegium (verba ejus sunt) publicasse
roboravit, & confirmavit.

Ad stipulatur R. P. Leo à S. Ioanne lib. inscripto *Fœdus spirituale*
le, &c. Regi Christianissimo Ludovico XIV. dicato [Deus (inquit)
est, qui Privilegium istud concessit: Mater DEI impetravit in ca-
elis: Vicarius Filij DEI ratificavit in terris. At alijs favores & in-
dulgentiæ ab hominibus instituuntur, & à DEO acceptantur. Hoc
potius fœdus est cæleste, quam Constitutio Apostolica. Unde nec
alii Ordines, virtute communicationis mutæ privilegiorum & gra-
tiarum altarum, ejus participes sunt. Cujus rei ratio ea est, quod
hoc non directe sit ex institutione clavium, at solummodo secundario
per reductionem & simplicem approbationem. Hinc est, quod Or-

dinum aliorum non pauci doctrina & eruditione spectabiles Confraternitati S. SCAPULARIS inscribi desiderant.] Quod etiam notat & premit P. Mathias à S. Joanne, libro gallicè inscripto, *La véritable devotion du S. Scapulaire* cap. 24. & cum illo R. P. Daniel in sua exultissima *Vinea Carm.* num. 837. Nolo acervare alios idem attestantes, sed juvat hoc caput penè ultimum hujus partis & materiæ obsignare discursu non inefficaci, quo in simili occasione usus fuit R. P. Irenæus lib. cit. cap. 6. §. 5.

DIXI hæc de Sabbatina, & illius oppositis, quantum sufficiat, ut ejusdem saneiatur veritas, nec non adversariorum retundatur impetus. Enimvero elige quod magis libuerit in ejusmodi negotio argumentationis genus; hoc in defensionem Sabbatinæ abundè cumulateque videbis concurrissè, nec ullum optari posse probationis genus, quo corroborata non existat. Si DEUM pro ea dicentem audire desideres? dedimus miracula. Si Pontifices? Bullas & Constitutiones. Si Cardinales? Purpuratos fac. Congregat. Rituum Patres: Imo Supremos sacri Officij Præsides integerrimos atq; diligentissimos. Alios si iudices? *Alexandrum Riarium* Patriarcham Alexandrinum causarum Apostolicæ Cameræ auditorem, &c. Si Doctores ea de re sigillatim dicentes, quo liberius aperiant, quod sentiunt? Salmanticenses. Si congregatos, ac mutua animorum colligione veritatem indagantes? selectos octo è Sorbonicis: ad quos addidimus alios, qui plures de Sabbatina libros suo calculo muniverunt. Si Episcopos? innumeros. Alios si Authores? omnis dicendi generis peritos, Historicos, Interpretes, Mysticos, Theologos, domesticos, externos, &c. Denique nec defuerunt authentica, nec alia ab adjunctis petita (vix tamen impari momenti) argumenta. Quid plura? Ex ijs aliquem desideras, qui jus ferendò inter litigantes, pro Sabbatina pronunciavit? Audi *Clementem VII.* & generalem Auditorem *Alexandrum* Italarum rixas diuinentem: sacri Officij Iudices, qui duorum, aut trium annorum litem inter Lusitanos suo decreto terminarunt: Doctores Salmanticenses in dissidio Hispanico, Parisienses in Rothomagensi, &c.

164.

Compendio repetuntur argumenta, quibus Sabbat. Privilegij veritas asseritur ac comprobatur.

His addendi Doctores Vniversitat. Bononiens. & Aquensis *supra Cap. IX.* laudati.

CAPUT XV.

*Relatio historica de controversia in Lusitania mota,
circa Bullam JO. ANNIS XXII. anno 1610. de q̄
ejus compositione facta Roma &c.*

165.

NON semel in superioribus sermo fuit de Decreto à sacra Congregatione sanctæ & generalis Inquisitionis Romane anno 1613. in favorem Privilegij Sabbatini, jussu PAULI V. lato ac promulgato, quo decreto PAULO V. inquit Raynaudus, imperante ventis & mari, facta est tranquillitas magna, sedataque vehemens illa contra Bullam Sabbatinam excitata ab Ulyssipponense Inquisitore tempestas. Quæ vero fuerit hujus tempestatis occasio, quis progressus, quisve exitus, lubet hic paulo diffusius recensere, quia ejus notitia haud parum cuncta, quæ de Sabbatino supra disseruimus privilegio, illustrat ac confirmat. Primus, qui hujus historiam successus conscripsit, typisque evulgavit, fuit R. P. Johannes Pintus de Victoria, S. Theol. D. edita Valentis anno 1666. idiomate Hispanico, *Hierarchia Carmelitana*, cujus in 1. parte, tract. 5. cap. 4. de illa disserit. Hunc secutus est R. P. Petrus Thomas Saracenus S. Theol. D. Collegiatus Universitatis Bononiensis, sacreque Inquisitionis ibidem Consultor, in opere Italicè inscripto, *Informazioni spirituali per i devoti della SS. Vergine del Carmine*, excuso Bonis anno 1635. parte septima; ex quibus Authoribus universa, quæ hic referemus, desumpta sunt.

166.

Tribus seculis Bulla Sabbatina à nemine omnino, in quæstionem aut dubium vocata fuit, sed sine contradictione ab

ANNIS trecentis & amplius venerabilis Confraternitas beatissimæ V. MARIÆ de Monte CARMELO feliciter jam processerat seu perfruens, gaudensque Privilegio suo cœlitus sibi à DEIPARÆ Vierge concessio, & humanitatis recognito ac confirmato à JO. ANNIS XXII. Pontifice Maximo, per Bullam vulgo *Sabbatinam* dictam insipientem *Sacratissimo uti culmine*. & nullam unquam contradictionem passa, aut impugnationem; quæ aut jus sibi divinitus concessum arderet, aut ipsam in possessione à Sede Apostolica confirmata, turbaret. Nulla unquam affecta clausula derogatoria, vi cujus prætensiones adeo comprobatae atque confirmatae imminuerentur, aut annullaretur.

tur. Alta tot seculorum decursa perfruita fuerat pace, cum ecce, ^{universis} quo fato nescio, quadriennio post canonicam indulgentiarum à ^{recepta.} PAULO V. Pontifice Maximo factam reformationem, duæ contra eam, & in specie quidem apparentes, motæ fuere difficultates: una coram ipso summo Pontifice: altera coram Catholico Philippo III. Hispaniarum Rege. Paucis, attamen sinceris, utramque insinua- bo verbis.

Apud Pontificem quidem Bulla hæc JOANNIS XXII. in du- bium vocata fuit ex eo quod Autographum seu Originale ejus au- thenticum non reperiretur. Et hæc apparenti, eneruicque ratione, motus Reverendissimus Episcopus Petrus de Castillio per regnum Lu- sitaniæ Inquisitor generalis, circa finem anni 1609. in civitate Uly- sippontensi suspendit publicationem dictæ Bullæ, quoadusque dili- gentiùs examinata, à summo Pontifice causa tota decideretur.

Tandem an. 1609. à quodam inquisitore Ulyssippo- nensi im- pugnatio- nem susti- net.

Suspensio ergo prædictæ Bullæ JOANNIS XXII. ab Inquisi- tore generali Ulyssipponæ facta, coegit Ordinis Carmeli ibidem Pa- tres in unum ad consultandum de efficaci tantæ novitatis remedio. Conclusum fuit ablegare duos ad Romanam Curiam, ut propositis- ibidem rationibus, jus à tot sæculis acquisitum, & pacificè possessum tutarentur. Reverendissimus Episcopus Targensis Thomas de Fa- ria, Ordin. Carmelit. & Lusitaniæ Provincialis in iter hoc & munus delegit P. Joannem à S. Thoma, sacræ Theolog. Doctorem, & in- Univeritate Conimbricensi publicum Professore, eximie, profun- dæque scientiæ virum, assignato ei in socium alio quodam Patre ma- gistro ac SS. Theologiæ Doctore.

Debitis ergo litteris dimissorialibus instructi hi duo Patres è Lusitania Romam abeunt, & DEO comite, feliciter perveniunt. Ubi à R. mo Patre Generali multa cum charitatis exhibitione excepti, da- tisque debitis informationibus, mox obtinuerunt facultatem proce- dendi & causam hanc tractandi in Curia. Et ut feliciorum sortire- tur successum, Reverendiss. Pater Generalis, scriptis & datis ad Ordi- nis sui cænobia litteris, extraordinarias indixit preces, pietatisque, opera, quibus beatiss. V. MARIAM piissimam Matrem, Filijs suis in- hoc negotio redderent propitiam. Patres Commissarij, ubi Tribu- nalibus Romanis sese insinuarunt, incepere frequentare Curiam, sup- plicando, ut ad osculum pedum suæ Sanctitatis admitterentur, quo ipsum

Negotium hoc ad Ro- manam Curiam de- fertur ac discutitur.

ipsum de controversiæ & causæ totius statu informarent. Eminentissimus Cardinalis Farnesius, pro insigni suo; quo in Ordinem ferebatur affectu, summo Pontifici libellum porrexit supplicem, pro possessione nostra, qui à sua Sanctitate pro informatione remissus tunc ad sacram Congregationem sanctæ & generalis Inquisitionis, quantum tunc præcipue componebant. Eminentissimi Cardinales sanctæ Romana Ecclesiæ, Aldobrandinus, Arigonius, Sancti Eusebii, Banchetus, Claramontius, Paravissinus, Millinus, Ascoli Dominicanus, Zepara Archi-Episcopus Burgenis, Veraldus, Araceli Dominicanus, illique pro tempore præsidebat Eminentissimus Cardin. Dominicus Pinellus, consultationibus super causa hac habitis cum jam dictis adorant Reverendiss. Patres Commissarij sancti Officij, ac P. Procurator Generalis Ordin. S. Dominici, sacrique Apostolici Palatii Magister, ac D. Pegna Romanæ Rotæ Præses, alijque iudices complures. Plurimum quoque eo tempore huic causæ patrocinati sunt Venetibiles Patres *Ioannes à IESU-MARIA* Præpositus generalis Congregationis Italicæ nostrorū Discalceat. ac *Dominicus à IESU-MARIA* pro tempore Prior *S. Mariæ de Scala* in Urbe; Viri ambo cum à Sanctitate, tum à doctrina Obi Christiano notissimi: eaque de causa & suæ Sanctitati, & universæ Romanæ Curie acceptissimi.

Ioannis vitam edidit Romæ R. P. Isidorus à S. Joseph: & Dominici Reverend. Caramuel. Viennæ libris septē, & R. P. Philippus à SS. Trinitate Lugduni lib. octo.

167.

Æmuli Bullæ Sabbat. infidias ei. Argunt apud Philip. Hispan. Regem. Notanda eximia huius Regis in Divam Carmelitana pietas. Nonnulli Philipp. II. in simili

Sub id temporis alia, & non minus, imò magis speciosa, quæ argenteo titulo secunda difficultas movetur coram Majestate Catholici Regis *Philippi Tertij* in Hispanijs. Camerales nonnulli meminerunt potius quàm celestibus intenti, remonstrabant Regi, e re Curie suæ Regiæ esse, abstinentiam illam ab usu carniū diebus Mercurij quàm PP. Carmelitæ, ratione privilegij Bullæ Sabbatine prædicant, & innumeri in inclytis illis regnis observabant; præpedire, cum per eam trecenta & amplius scutatorum millia redditibus suis annuatim decederent. Et ut efficacius moverent, addebant exemplum, dictos, de facto in Lusitanæ regno publicationem Bullæ Sabbatine huiusmodi abstinentiæ fundamentum publicè fuisse suspensam. Ne quidquam tamen Regis animum supplex hæc remonstratio moveret, per scripto seu responso habuit illud Hispanorū. *Nada, id est, nihil, accepit à ratione, Regio Catholicoq; animo dignissima, formalibus hinc prolata: Mas quiero Vasallos devotos de la Virgen, que el aumento de rentas.* Hoc est: *Volo potius subditos B. Virgini devotos, quam reddere*

meum

meorum augmentum. O Regiam planè vocem, non modò sæculis omnibus transmittendam, sed & omnibus sæculorum omnium imprimendam cordibus. Et tantùm abest, ut piissimus Rex hujusmodi Cameralium suorum petitioni inclinatus, Bullæ Sabbatinæ publicationem seu abstinentiam præfatam inhibuerit, quod in DEIPARÆ cultum magis, magisq; exardescens, arrepto calamo, in Parthenij Ordinis favorem, subjectas ad summum Pontificem litteras, nativo idioma te, scripserit.

SANCTISSIME PATER,

Cùm Sanctitatem vestram diversas gratias, & indulgentias varijs Ordinibus concessas abrogasse, perceperimus, & P. Provincialis Provincie Castellensis Ordinis beatiss. V. MARIÆ de monte CARMELO totius Ordinis sui nomine mihi humiliter exposuerit, damnum ex eo Ordini suo universo enasciturum si Sanctitas vestra Privilegia & Indulgentias à compluribus summis Pontificibus ad usq; CLEMENTIS VIII. tempora sacrum SCAPVLARIB. V. de monte CARMELO gestantibus concessas non confirmaret; & cum in toto quidem Orbe Christiano, specialiter in hisce Hispaniarum Regnis, maxime devotionis in animabus Fidelium res hæc præbeat fomentum, Sanctitati vestre supplicare volui, prout presentibus enixè supplico, quatenus Indulgentias, Privilegia, & gratias Ordini & Confratribus sacri SCAPVLARIS, in favorem animarum purgatorij concessas, confirmare dignetur. Præter acceptissimum, quod hoc faciendo, Divina Majestati præstabit obsequium, me quoq; speciali favore afficiet, prout Sanctitati vestre Comes de Castro latius referet. Clementissimus DEVS Sanctitatem vestram ad felix & prosperum Catholice Ecclesie sue regimen seruet incolumem in multos annos, ex Aranuez, die 23. April 1611.

Sanctitati vestre,

Humilimus & devotissimus Filius

D. Philippus DEI gratia Hispaniarum Rex.

Hæc ad suam Sanctitatem scriptis, adjunxit alias ad Eminentissimum Cardinalem Millinum, & ad D. Franciscum de Castro suum in Urbe apud suam Sanctitatem ordinarium Oratorem, quibus negotium hoc summè, uniceq; commendatum esse voluit. Exemplar exhibet harum litterarum præfatus Pintus de Victoria loco citato.

Serenissima quoq; Maria Medicea Galliarum Regina, Mater Ludovici XIII. cui minorenni adhuc Pater, Henricus quartus die 14. Maij, 1610. iatis cedens scepra quoq; cesserat, per ordinarium suum in

occasione hoc ipsum respondisse affirmast.

Scribit in. e. ejus favorem ad summum Pont. Philippus III.

Et ad Cardin. & suum in Urbe Oratorem,

168.

Idem facit Regina Gallie

enixè cau-
sam hanc
suz San-
ctitati cõ-
mendan-
do.

Nec non
varijs S. R.
E. Cardi-
nalib. ac
ac præla-
tis.

169.

Similia
præstant
complures
alij magni
Principes.

Reveren-
dissimi etiã
PP. Gene-
ralis Ord.
Minorum,
& Societa-
tis JESU.

Urbe apud summum Pontificem PAULUM quintum Oratorem, ferventissimè pro causa hac intercessit, supplicando suæ Sanctitati, quatenus dignaretur Religionem Carmelitanam manutenere ac conservare in possessione antiquorum suorum privilegiorum à JOHANNI XXII. concessorum, & ab ALEXANDRO V. CLEMENTE VII. GREGORIO XIII. in favorem animarum, præsertim purgatorum confirmatorum. Et ut efficacius rem ageret, insinuabat Henricum IV. suum quondam conjugem & Regij Infantis parentem duobus ab illius annis videlicet 1608. cum Apostolicæ Sedis approbatione institutum Ordinem à Gallica nobilitate Equestrem sub titulo *B. V. MARIE monte CARMELO*, cui ipsemet Rex titulo magni Magistri præerat, atq; magnos redditus annuos assignaverat, ut dictus Gallicæ nobilitatis Equestris Ordo privilegijs, gratijs & indultis spiritualibus hæcerrimæ Religioni Carmelitane concessis, frui valeret, pro ut patet ex Bulla anno 1608. desuper expedita incipiente, *Romanus Pontifex principatu*, &c. Res sanè consideratione dignissima, quæ & erantium à Catholica fide animos in veram purgatorij cognitionem decitabat, & Fidelium corda luculento devotionis igne incendebat. hæc quidem apud Romanum Pontificem: nec minus Christianissimam hæc Regina apud diversos Romanæ Ecclesiæ Cardinales, aliosq; Curia Romanæ Prælatos egit.

Coronata hæc capita secuti sunt plures alij Principes, Cardinales, Prælati, &c. intra extraq; Italiam commorantes, qui omnes & singuli in sacri Carmelitani Ordinis, animarumq; purgatorij favore rem pro confirmatione Sabbatini privilegij impensè laborarunt. Sed præ cæteris Eminentissimus Pientissimusq; Catdin. Bellarminus, qui durante hæc Romæ controversia, non semel nostros hortatus fuit Religiosos, ad causam hanc constanter prosequendam, & non despondendum animo; futurum quippè, ut mediante Deiparæ patrocinio, cujus illa propria erat, felicem tandem exoptatumque successum obtineret.

Reverendissimus quoq; Pater Generalis Seraphici Ordinis à vi Francisci, memor beneficij ac Prophetiæ, qua S. ANGELUS clarissimum illud Carmelitani Ordinis, imò Ecclesiæ universæ sub Patriarchæ suo *S. Francisco*, olim in divi Joannis Lateranensis Romano templo impressionem sacrorum stigmatum prædixerat, plurimum

Claudius
Aquaviva
suis Reli-
giosis sa-
crum Sca-
pulare co-
ferendi fa-
cultatem
petit & ob-
tinet.

170.

causa hac pro Carmelitis egit. Sicut & Reverendissimus Pater Generalis Societatis JESU *Claudius Aquaviva*, tam prudenti regimine celebris, quàm omnium virtutum splendore illustris, qui in sincerissimi sui in Parthenium Ordinem affectus testimonium à Reverendissimo Patre Generali Carmelitarum facultatem petijt, & obtinuit sacrum SCAPULARE conferendi quibuscunq; Societatis suæ Religiosis id petentibus.

INSINUATIS ergò hisce mediatoribus, & medijs id actum est, ut sacra Congregatio decreverit, gravissimi hujus negotij summam, diligentissimo examini Eminentissimorum S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalium *Millini*, & S. *Eusebij* ac Reverendissimi sacri Apostolici palatii Magistri, cum Clausula *ad referendum* esse remittendam, ac postmodum suam Sanctitatem plenius informandam.

Anno ergò 1611. die 20. Julij, quæ raptu sanctissimi Vatis, ac Patriarchæ nostri *ELLÆ* inclarescit, prima in ædibus Eminentissimi Cardinalis S. *Eusebij* consultatio habita fuit; si ullibi unquam suæ fuere difficultates, hic fuerunt vel maximè, cum ne unus quidem ex propositis articulis decidi potuerit; ex quo necesse fuit Patribus in causa hac Commissarijs præcipere, quatenus pro sequenti consultatione parati essent, respondere, & satisfacere cuivis instantiæ in proposita causa faciendæ. Dum hæc sic agerentur, accidit (quod sanè animadversione dignissimum) supra memoratis Prælatibus adhuc in causa hac congregatis & consultantibus optatum adferri nuntium: videlicet, quod sacra Romana Rotæ Auditores processum de vita & actis *B. ANDRÆ Corsini* Episcopi Fesulani, Religionis Carmelitanae, in ordine ad Canonizationem ejus factum, remiserit ad sacram Congregationem Rituum; ex quo dudum desiderata ejusdem Canonizatio conijciebatur esse admodum vicina.

Spes affulget prope diem futuræ Canonizationis *B. Andrea Corsini* Ordinis Carmelit.

Sua Sanctitas causæ nostræ impensissimè affectum se demonstrat.

Addebant ijdem nuntij, Reverendissimos PP. Ordinis Carmelitarum Generales, hoc est, Calceatorum & Discalceatorum fuisse admissos ad pedum osculum, & aures suæ Sanctitatis, eamque optime causæ nostræ inclinam reperisse. Latissima hæc nuntia, id effecerunt, ut hujus diei Congregatio, quæ alias non adeo prospere processerat, placito sine coronaretur.

Ultima die jam dicti mensis Julij in ædibus Eminentissimi Cardinalis *Millini* resumpta fuit consultatio, & propositæ jam difficultates.

H h

tes.

tes. *Primum*, quod sub incudem cecidit, fuit; An conveniens sit mentionem *Sabbati*, prout habet Bulla IOANNIS XXII. an vero melius consultiusque videatur silentio eum præterire? Et cum hic animi Assessorum suspensi, dubijque hærent, introductus fuit Pater Commissarius causæ, qui illico promptè adeo, expediteque, atque efficaciter ad propositam difficultatem respondit, tantaque rationum momenta attulit, ut labia ejus divina perfusa gratia, eloquentiaque Auditoribus viderentur. Solidissimo ille discursu ac argumentis demonstravit Divæ Virginis promissionem diei Sabbatinæ affixam, & præterea alia protulit, quæ id effecerunt, ut à deputatis Consultoribus concluderetur, nova conficienda memorialia, & efficaciores ex aliis rationibus enucleatius esse producendas, perpendendas atque discutendas.

171.
Vita defungitur
Card. Pinellus
Ord. Carmel. Protector.

In ejus locum subrogatur
Card. Millinus.

DIE 6. Augusti ex misera hac ad meliorem vitam transiit Eminentissimus Card. Pinelli Ordinis nostri Protector. Tanti decessus, ut luctu plenus fuit, sic non parvam remoram causæ nostræ injecit. Ambo Ordinis Carmeli Generales, id est, Calceatorum, Discalceatorumque, obitu Protectoris sui percepto, suam Sanctitatis accesserunt, ac pro novo Ordinis Protectore humiliter supplicaverunt. Annuit clementissimè Pontifex, & post singularis dilectionis exhibita indicia, in Ordinis Protectorem Eminentissimum Cardinalem Millinum, motu proprio designavit. Recreati non modicum designatione hac RR. PP. Generales debitæ Sanctitati gratijs fuere licentiati. A Pontifice recedentes recta ad palatium Sancti Eminentissimi Cardinalis Millini, Protectoris nominati perreperunt, & eidem post Sacræ purpuræ osculum, tam suo quam totius Ordinis nomine obedientiam pollicentes, Protectionis suæ alis submisserunt.

Erat Eminentissimus hic Millinus unus ex nominatis Judicibus in causa nostra Consultoribus. Tanto ergo Protectore, adjutoreque provisæ, cœpit nonnihil respirare aperiata Religio, vel ut dicam melius afflicte in purgatorio animæ, nec enim ambigendum videbatur quin singulari Sanctissimæ Virginis, animabus sibi devotis commissa re volentis, dispositione id factum esset.

Dum autem Patres Commissarii post omnium Sanctorum felicitatem, ultimam in hac nostra causa sessionem, ultimamque in ea

definitivam præstolantur sententiam, en tibi iterum novi motus & oblatacula, ut totus annus re infecta defluerit.

172.

ANNO ergo illo sic elapso, novas cum anno novo 1612. Patres Commissarij fecere instantias, quibus id efficerunt, ut tandem in ædibus Eminentissimi Millini, ad diem 8. Martij nova publicaretur in causa hac Congregatio, & simul indiceretur PP. Commissarijs, ut rationibus, informationibus, & instrumentis ad rem facientibus probe instructi ad dictam diem ibidem comparerent. Comparuere tempore, locoque indictis Commissarij. Et primò quidem petitum fuit à P. Joanne, primo causa Commissario, ut exhiberet Bullam IOANNIS XXII. à nobis vulgo *Sabbatinam* dictam, utpote unicum atque potissimum in causa hac fundamentum. Ad quod dictus Pater respondit, se eam pro tunc originaliter exhibere non posse; cum ad diem illam, ex occulto utique DEI iudicio, esset occulta, sibi tamen per DEI gratiam & Sanctissimæ Virginis intercessionem non defuturas rationes atque argumenta, quibus ejus subsistentiam demonstraret; ubi loquendi sibi facultas impertiretur, & annuentibus Eminentissimis & Reverendissimis Judicibus & Consultoribus, sic exorsus est.

EMINENTISSIMI AC REVERENDISSIMI DOMINI.

Circa Bullam JOANNIS XXII. vulgo nobis *Sabbatinam* dictam, duæ sunt opiniones. Nonnulli firmiter tenent, eam non perditam, sed alicubi absconditam delitescere, alij vero inquit, singulari damonis astu & invidia plane perditam. Primæ opinionis Authores hinc nituntur rationibus; argumentanturque primo à simili. RR. PP. Mercenarij, inquit, obtinuerant à GREGORIO nono confirmationem Ordinis sui, per Bullam ad id specialiter expeditam: Bulla autem hæc temporis injuria, vel hominum incuria evanuerat, & integerrimo sæculo requisita non reperiebatur. Tandem, tandem, DEO sic disponente, ipsum autographum seu Originale in Vaticano repperit, & à GREGORIO XI. de novo confirmatum fuit anno 1374. Quod huic accidit & nostræ potuit Bullæ accidisse, delituit illa tanta annorum serie, latet alicubi forsan abdita & nostra: reperta tandem fuit illa: reperietur DEO, DEIPARAQUE propitijs (sic confidimus) tandem aliquando & nostra.

Utrum
plane per-
ierit, aut
alicubi de-
litescat
Bulla Sab-
batina?

Quanta cum furia, qua Infidelium barbaries, qua Hæreticorum crudelitas, Christianitatis, & Catholicorum maximè sacra invaserit,

Hh 2

rit, notum est ex tragicis nostræ, & superioris ætatis historiis, unde bene fieri potuit, ut devotus quispiam indemnitate Bullæ nostræ consulere volens, loco aliquo securo ipsam abdiderit, qui postmodum re minimè indicata obierit, sicque excusabilis ignorantia tenebris Bullam hanc una secum sepelierit; ut factum scimus cum libris celeberrimi Historiographi Eusebij Cæsariensis. Hi certa ex causa & occasione adeo secretò absconditi fuere, ut studiosissimè licet ac diligentissimè, tam ab Alipio Episcopo Tagastensi in Africa, quam à Paulino Episcopo Nolano quæsitum nunquam tamen reperiri potuerint. Tandem tamen apud Domnionem fuere reperti, quod de re videri poterit D. Augustinus *Epistola 35. ad Alipium* & Baronius in suo *Martyrologio*.

Addo; Bullas confirmatorias ordinariè non soleri comparari cum reliquis à Collectoribus, alioquin Bullarum numerus in infinitum excreveret, sufficit illas Cancellariæ registro esse insertas. Sufficit est, quod Bulla JOANNIS XXII. est confirmatoria privilegii DEIPARA obtenti, & à CHRISTO Domino concessi, licet erga Collectoribus non sit reliquis adjuncta, tamen est data, & quæ nunc reperitur in Bullarijs, spero, DEO propitio, reperiendam aliquando alibi. Constat multas Bullas Constitutionesq; à JOANNE XXII. emanasse, quarum tamen nulla in Bullarijs fit mentio. Expediit unam cujus initium: *Nuper in Consistorio*, &c. per quam pius Pontifex ad saniolem mentem, sententiamq; revocare conatur socium Alchaëlis de Cesena, Guilielmum Ocham, Bona-gratia, Henricum de Chale & alios anno 1330. Aliam edidit pro absolutione Petri Corbarij &c. aliamq; contra Ludovicum Bavarum, ejuſq; adherentes: & tamen novissimus constitutionum Apostolicarum Collector nullius harum facit mentionem. Novemdecim annis Sedem Petri tenuit JOANNES XXII. horum annorum decursu plurimas Pontificem hunc edidisse Bullas, quis ibi incipias; & tamen quindecim solum reperiantur apud Cherubinum in Bullario, & postrema ex his expedita fuit anno Pontificij sui octavo: & quis credat reliquis decem quibus Ecclesiæ præfuit annis, nullam amplius ab eo emanasse? Et si emanarunt, ut plusquam verisimile est, complures emanasse, ubi delitescunt?

Præterea commune & in Scholis dialecticis receptum effatum est,

Per multas
Bullæ à
Joanne
XXII. edi-
tæ suat,
quæ hoc
tempore
non ex-
tant in
Bullarijs.

est, argumentum ab autoritate negativa nihil concludere: hinc non bene inferitur: Bulla Sabbatina modo non reperitur, ergo nunquam extitit: ego nunquam Hierosolymis fui, ergo Hierosolyma non extat. In Bullario novissimæ editionis nulla fit mentio de ALEXANDRO V. Pontifice Maximo, nec de ulla ejusdem Bulla; nihilominus male profecto infereretur, & manifestè erroris argueretur, quisquis hinc inferre vellet, ergo Alexander V. non fuit, nec ullam Bullam edidit. Alphonsus Ciaconius diligentissimus rerum Pontificiarum Scriptor, refert Alexandrum V. Bullas aliquas edidisse, quarum tamen nunc, nec una quidem reperitur. Ioannes XXII. ut supradictum, in Sede Petri sedit annis omninò 19. tempora habuit calamitosa, occasiones multas, negotia plurima & gravissima, ex quo plurimas quoq; causas habuit, Bullas plurimas promulgandi, & tamen non nisi quindecim de facto reperiuntur nunc exstantes. Quo devenerunt reliquæ? Perierunt? vel alicubi abdite latent, cum his dicimus & nostram aut perijisse, aut occultatam delitescere. Sic Eminentissimi Reverendissimiq; Domini, primæ opinionis authores argumentantur.

SECUNDÆ verò, qui censent dictam Bullam nostram planè perijisse, ducuntur lugubris incendij lumine, quo res sacræ Catholicorum, inter quæ & Bibliothecæ cum archivis à crudelissima Hæreticorum rabie, in Francia, Germania, & Anglia in favillas & cineres sunt redactæ, quàm sortem iniquissimam & Bullam nostram subijisse autumant. Ciaconius in vita nostri Ioannis XXII. refert Hæreticos, aliosq; Ecclesie perduelles novissimis temporibus irrupisse in Caturciam hujus Pontificis patriam, & barbarie inaudita templa & loca sacra expilasse, monasteria devastasse, mactasse Sacerdotes, Virgines deflorasse, & in ipsum Pontificis palatium irruisse, archivum publicum, in quo non modo publica civitatis, sed & Cancellariæ Apostolicæ instrumenta, maxime à JOANNE XXII. emanata ad perpetuam rei memoriam conservabantur, violenta manu referasse & diripuisse: inter quæ & Bulla nostra fuisse creditur; sed audiamus ipsum Ciaconium tragediam hanc verbis suis recensentem. Anno 1580. mense Majo, inquit, nocte capta est urbs (Caturcia videlicet) à Calvinianæ sectæ militibus, direptaq; sunt Ecclesie sacra vasa, eaq; ornamenta in patriam collata, multis Sacerdotibus ac Oppidanis ferro caesis, spoliatis omnibus templis, privatorumq; domibus, ipsa quoq; urbis Archiva, quibus vetustatis

Similiter Alexander V.

173.

Argumenta quæ probare videntur Bullam Sabbatinam planè interijisse.

Quando, & qua occasione id factum sit?

H h 3

monu-

Varie cit-
ca hoc opi-
niones.

Nonnulli
credunt.
Bullam
Sabbatinā
q̄b Hæreti-
cis in An-
glia cum
cæteris
Ordinis
monumen-
tis igni tra-
ditam &
absumptā
fuisse.

monumenta, rerumq; memoria asservabatur penitus intercedere. Si ergo Bulla nostra sic interijt, quid mirum, si impræsentiarum non reperiat? Alij putant, quod obtenta à Pontifice Bulla, ipsummet autographum, seu originale amplioris fidei faciendæ gratia fuerit missum ad omnes & singulos Provinciarum Ordinis Conventus, ut authenticè ubiq; inde desumerentur & formarentur in omni meliori juris formæ apographa seu exemplaria, quibus ipsummet originale perpetuaretur, prout de præsentibus fieri sæpius videmus. Et quid mirum, si per tot, tantaq; manus, per tot, tantaq; Regiones & Provincias, per tot consequenter discrimina rerum transiens Bulla nostra, humanè quippiam passa, interijisset.

Alij rem accuratius perpendentes dicunt: Bullam nostram à Hæreticis in Anglia Vulcano traditam. Cum enim Ordinis nostri Generales in dicto, tunc in religione, pietateq; florentissimo regno, ordinariè residerent, archiva quoq; in quibus publica Ordinis documenta & instrumenta eò delata asservabantur, ibidem extabant, & cum barbara Sectariorum crudelitas, novissimis hisce temporibus, inclytum hoc regnum miserandum in modum devastaret, Catholicorum omnium res, aut diriperet, aut incenderet, dicta Ordinis nostri instrumenta, inter quæ & hanc Bullam nostram fuisse verisimile est, aut direpta, aut incensa fuerunt. Hoc attestantur Nicolaus Sanderus & Clemens Rainierus, Benedictinus, Anglus.

Et nè longior sim, & patientia vestra, Patres Eminentissimi, uti videar, credere me juvat, occulto DEI judicio Bullam nostram originaliter hæcenus non repertam, quia videlicet hæc clementissimæ Matris nostræ, Cælorumq; Regina mens esse videtur (ut licet CLEMENS VIII. Pontifex Maximus formam & normam dedicationis instituti Confraternitates, sic Sanctissimus Dominus noster PAULUS V. sedem D. Petri impræsentiarum occupans, indulgentias omnibus Confraternitatibus indulgentias & privilegia confirmaret, & in specie determinaret modum Orbi prædicandi amplissimum illius Carmelitis ad animarum purgatorij subsidium concessum, in Bulla Sabbatina Privilegium, pro ejus conservatione, Vos Patres mei Eminentissimi, hic loci in Domino congregati residetis. Et hæc dicens dicendi finem facere volebat Pater Commissarius, sed cum instaretur deputati Judices, ut si quid amplius haberet, proponeret, prosequendo subjunxit.

Quandoquidem ergo sic placitum est Eminentissimis Reverendissimisque Dominationibus vestris, placidis adeo benevolentiae auribus me audire, ulterius prosequor & dico, subsistentiam Bullae nostrae Sabbatinae sufficientissime, ne dicam clarissime demonstrari ex authenticis illius transumptis seu apographis, quae Ordo possidet. Jam sciunt Eminentissimae Reverendissimaeque Dominationes vestrae, probatissimi Juris tam legibus, quam sacris Canonibus firmati esse, quod transumpta authentica non minus fidem faciant, in quibuscunque Tribunalibus, quam ipsa autographa & originalia, si haec deperdita sint, sic me, qui Juris Consultus professione non sum, docet Didacus Covarruvias *pract. quest. lib. 22. cap. 21. n. 3. & 4.* & Joseph Marcardus, *Tom. 1. concl. 91. n. 1. & concl. 211. n. 17. & quest. 712.* tradit, transumpta & exemplaria eandem, quae autographa & originalia habere ac mereri fidem, si tamen subjectis non careant conditionibus.

Quoniam requirantur ad hoc, ut transumpta eadem faciant fidem, quae ipsa autographa seu Originalia?

1. Si copia fideliter sit transumpta ex originali, auctoritate Judicis, & ab eodem collationata.
2. Si fuerit facta ad instantiam partium interesse habentium.
3. Si scriptor fuerit Notarius publicus.
4. Si nec apicem ab Originali subtraxerit, aut adjunxerit.
5. Si Transumptum in forma authentica fuerit factum.
6. Si primus Notarius jam obierit.
7. Si nullum sit dubium de integritate & fidelitate scriptoris.

Sed sic est, quod omnes haec conditiones reperiuntur in plurimis Transumptis, quae in diversis variarum Provinciarum nostrarum Conventibus asservantur, prout patuit in diversis examinibus in omni Juris rigore desuper institutis, in quibus pro legitimis fuere semper recognita. Consulat qui volet hac super re Conventus Parisiensem in Gallijs, Valentinum in Hispanijs, Bruxellensem in Belgio, imo ipsum Transpontinum in hac alma Urbe nostra, aliosque plures nostrorum Discalceatorum Conventus. Omnes hi uno ore assertum nostrum confirmabunt. Licet ergo quocunque ex casu Bullae nostrae Originale, alicubi forsan abditum delitescat, aut interierit, vivit tamen & subsistit adhuc in Transumptis suis authenticis, quae aequivalenter (uti dictum est) faciunt fidem.

Videantur quae supra Cap. VI. de his dixim⁹ instrumentis.

Et

174.

Et hic in vehementem spiritus fervorem actus Pater Commis-
sarius, contentiori voce patheticè valde subjunxit; Esto Eminentissi-
mi Patres, ac Domini mei, esto, sit ita, hæcenus à me dicta, & allega-
ta nil persuadeant, nil probent, nil concludant; sint nulla, sint vanæ
& inania, verberarint illa aerem tantummodo, corda vestra aut ar-
mos non moverint: sed quem ex vobis non moveant. Constitutio-
nes Apostolicæ? Parcite mihi quæso, Eminentissimi Patres, pare-
res, quam versamus, nimium quantum Sacræ nostræ Religioni, in
Ecclesiæ importat. universæ; veritas una est, certa est, sed authori-
te ac Judicio vestro universo Orbi, revelata facie promulganda, ab-
ste ergo, sic obtestor: adeste Eminentissimi Patres, & Domini mei
animis & attenta mente pensate quæ dicturus sum. Ponamus casum
Bullam aliquam ab uno Pontifice editam, confirmari ab alio successe-
re, & hanc iterum à tertio Pontifice, & sic successivè loquendo de
multis: hoc posito, peto, an non, dato casu quod prima, aut per-
retur, aut planè interiret, illa per secundam, & hæc in eodem per-
tionis casu per tertiam, & sic successivè de quarta, quinta, &c. sub-
cienter maneret comprobata ac confirmata? Uti que Eminentissimi
Domini mei, utique.

Quo anno
Bulla Sab-
batina pu-
blicata
fuerit?
Jam ad rem nostram, JOANNES XXII. Pontifex O. M. an-
no 1322. dedit nobis Bullam Sabbatinam, hanc postmodum confir-
mavit ALEXANDER V. & ambas iterum CLEMENS VII. hæc CLE-
MENTIS rursus fuit confirmata à GREGORIO XIII. Hæc
veritas probant primam, quæ in illis æquivalenter subsistit. Hæc ve-
ritas petra illa est, suprà quàm per tria integerrima sæcula, fundata
fuit. eximia illa tot Ordinis nostri Religiosorum pietas, populorum
per universum Orbem credulitas & Mariana devotio. Hac veritate
petra solido veluti fundamento insistentes Pontifices summi, privile-
gia Apostolica Ordini nostro concessa confirmarunt, complerunt
per Orbem Ecclesiarum Antistites, ut authentica admiserunt, Co-
sares, Reges, Principes benignè foverunt, Verbi DEI Præcones
publicarunt: Celebriores Christiani Orbis Scholæ, Academiae
Universitates iisdem subscripserunt: parum dixi, super hac ultra-
rum harum Bullarum fundamento, reperuntur canonicè erectæ, &
fraternitates, innumerabiles constructæ Ecclesiæ, consecrata altaria

oratoria & sacella sub gloriosissimo nomine beatiss. V. MARIÆ de monte CARMELO, pro ut videre est per totam Italiam, Galliam, Hispaniam, Lusitaniam, Germaniam, Poloniam, Persidem, ad ipsa usq; Mexicana & Peruana alterius propemodum Orbis Regna. His accedit, quod hoc super fundamento, tot per univrsam orbem celebrantur, & fiunt sacrificia, eleuantur hostiæ, fiunt orationes, & elemosynæ, publicæ instituuntur supplicationes ac processiones, prout testor me hisce meismet oculis, dum hic in Urbe moror, tam ad templum nostrum divi Martini de Montibus, quam ad D. Chryzogonum spectasse devotum populum una cum pluribus Eminentissimis sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, alijsque Prælati; Magnatibus item & Principibus, Comitibus & sub labaro sanctissimæ V. MARIÆ de monte Carmelo ad processionem consueuisse confluere, ita ut personarum numerus viginti millia facile excederet. Sed agendum autographum Bullæ nostræ deperierit, aut interierit. Quid quæso, Eminentissimi ac Reverendissimi Domini mei, quid quæso jam agendum, aut faciendum? quid concludendum, si confirmationibus Alexandri V. Clementis VII. Gregorij XIII. addam sanctissimi Domini nostri Pauli V. qui in navicula Petri nunc temporis ad clavum sedet, & Bullam Gregorij XIII. approbat, non statur, non creditur? tantarum (ut dictum est) rerum fundamentum corruet, & una cum illis planè evertetur. Ne ergo hoc fiat, confirmationibus illis standum erit, & quam in originali pro tempore exhibere non possumus Bullam Ioannis XXII. in novissimis hisce Summorum Pontificum Bullis suspiciamus, & veneremur. Romanorum Pontificum Bullas, ut singularia Paradisi oracula suspicienda, suscipiendaque monuit jam olim Concilium Milevitanum sub Innocentio II. anno 402. celebratum; audiamus ergo, quæso, tantorum Ecclesiæ Patrum monitum, & Bullam JOANNIS XXII. tot summorum Pontificum diplomatibus confirmatum, ut Paradisi oraculum suscipiamus, suspiciamusque, prout eam suscipiendam & agnoscendam dixerunt, & docuerunt viri in toto Christiano Orbe, qua scientia & eruditione, qua pietate ac virtute clarissimi.

JOANNES de Carthagera, pius æque ac eruditus hujus nostri sæculi Scriptor, interrogatus Romæ, quid de Bulla nostra Ioannis XXII. sentiret, in hæc verba respondit: Christi Vnario in terris, IOANNI XXII

175.
Quid sentierit de

Pon-

Bulla Sab-
batina Io-
annes de
Carchage-
na?

Pontifici B. Virgo apparuit, ei precipiens ut evulgaret Carmelitis Fratrum, & omnibus eum illorum SCAPVLARI sepulturae traditis, & purgatorij erga se detenti, meritis & assiduis intercessionibus, pijsque suffragijs, ac singulari ipsius Virginis protectione, Sabbato post eorum obitum liberationem concedi. Hec tunc celebris ille Doctor respondit. Et eadem postmodum Tomo 4. *Militiarum suarum de Arcanis Deiparæ MARLÆ de monte Carmelo interta*, & typis mandata, in Orbem universum emittit.

Quid Uni-
versitas Bo-
noniensis?

Universitas quoque Bononiensis per P. Magistrum Virginium Bentivolium hac super re consulta, per P. Magistrum Paulum Fraxinellum S. T. D. de Collegio, Augustinianum sic respondit. Ego Paulus Fraxinellus, Augustinianus S. T. Magister & Doctor Collegiatus, ac Patrio gymnasio Sacrae Theologiae Publicus Lector, attestor post maturam delibationem nostrae Universitatis responsum esse sub tali forma: Cum Bulla IOANNIS XIII. plures, illasque canonicas praeserat summorum Pontificum confirmatas Constitutiones, nec ullo unquam tempore revocata fuerit, illam adhuc in sui robore manere.

Subscripserunt:

M. Adrianus Farina, Ordinis Servorum.
Hannibal Malvetius, Canon. Metropol. Eccl.
M. Dominicus Istrianus, Ordin. Praedicator.
M. Ambrosius Morandus, Canonicus Regularis S. Salvatoris.
M. Ioan. Bapt. ab Horto, Canonicus Collegiatus S. Petronij ac publ. Lect.
M. Bonifacius de Scyllis, tertij Ord. S. Francisci, & alij Magistri per hanc
nem, anno 1609.

Quid Salmanticensis?

Videatur
circa hoc
Thomas à
JESU lib. 2.
de Confratern.
cap. 3. & ea
quae diximus supra
Cap. 9.

Concinunt Theologi Salmanticensis hac de causa consulti, per Doctorem Mantium subjectum dedere responsum: Ego Doctor Mantius, Primarius Theologiae Cathedrae, in Universitate Salmanticensi, censeo Confratres Ordinis B. MARLÆ V. de monte Carmelo post indulgentijs concessis à IOANNE XXII. ALEXANDRO V. ac CLEMENTE VII. quoniam nec Concilium Tridentinum, nec proprius Motus PII V. obstant minus possint q̄s dicti Confratres frui.

M. Mantius.

Subscripserunt & alij ejusdem Universitatis Doctores huiusmodi tentia.

Cum ergo causa nostra tam solidis nitatur fundamentis, firmetur argumentis, tantis collustretur rationum autoritativumve spe-
doribus, tot fide dignissimis comprobetur testimonijs, quid super
alij

aliud Eminentissimi Reverendissimi que Patres ac Domini mei, nisi ut benevolentia vestra favorius tam iusta causa faveat, sacram Carmeli Religionem in perantiqua sua manuteneat possessione. A qua per omnia est causa nostra, præensiones iustæ, manifesta & rectæ; sit quæso, possessio quoque ut antiqua, sic secuta. Hoc pacto & factio, Eminentissimi Domini, afflictissimas purgatorij animas solabuntur: sacram DEIPARÆ recreabunt Religionem, tot tantasque per universum Orbem erectas Carmelo-Parthenias Confraternitates restaurabunt, & demum ipsam Cælorum Reginam, Carmeli Dominam ac Purgatorij Advocatam, singulari prorsus honore afficient.

Hic dicendi finem fecit Pater Commissarius, quo cum & hujus diei consultatio suam accepit.

Fuere quidem post hanc alia plures hac super re conventiones & consultationes habitæ, eas tamen, ne æquo longior sim, hic referre non juvat. Unum quod in rem nostram mirificè facit paucis referam.

Ad diem 15. mensis Julij anni præfati, qua profectum Commemorationis solemnibus beatiss. MARIÆ V. de monte CARMELO universa Carmelitana Religio festivè agit, pro primis vespere dictæ Solemnitatis ad religiosissimum Conventum Carmelit. Disca ceatorum in Urbe, Sanctæ MARIÆ de Scala, dictum, confluerant plures S. Romanæ Ecclesiæ Cardinales, Videlicet; *Cardin. S. Cecilia, Cardin. Millin, Cardin. S. Eusebii, Cardin. Carassa, Card. Serra, Card. Jusimanus, Card. Dante, & Card. Bandinus*, una cum pluribus alijs Curia Romanæ Prælati, qui omnes post prædictos purpuratos Patres primò Ecclesiam, deinde Chorum nostrum subierunt, & hic casus accidit, quem referam. In jam dicto Choro Fratrum quispiam DEO, Divaque indubiè sic disponentibus, libellum divini Officij Ordinis nostri apertum sedili impositum reliquerat, & ita quidem, ut prima, quæ oculos incurrebat, pagella titulum *Commemorationis Solemnis Beatiss. Virgin. MARIÆ de monte CARMELO* præferret: hunc ut forte fortuna vidit *Cardin. S. Cecilia*, illicò in manus sumpsit, & quæ in eo circa tunc occurrens festum Commemorationis solemnibus continebantur percurrere volens, incidit insecundi nocturni lectiones, quas legens, relegendque, & attentius ponderans in stuporem actus, totus exultabundus, sic elata voce Purpuratos sibi præsentem Collegas suos affatur: *Quo Eminentissimi Domini mei, quo plures labores & quid diutius queri-*

176.

Ad celebrandum Festum B. M. V. de monte Carmelo complures conveniunt Cardinales ac Prælati apud Carmel. Discalc. Romæ & quid ibidem animadversione dignum acciderit?

tur? quid amplius consultatur? En tibi Patrum Carmelitarum causam brevibus, & paucis periodis, lectionibus hinc contentis, solide decisam ac manifeste definitam: cum he lectiones ab Eminentissimo Card. Bellarmino examinatae, probatae ac subsignatae fuerint, atq; ab Eminentiss. Dominico, Episcopo Ostiensi, Cardinali Pinelli, sacrae Congregationis praeside, auctoritate Pontificia confirmatae, & subscriptae existant: ad Iudicium vestrum sapientissimum appello. Summe, amabo vos, sumite librum hunc, legite, pensate cuncta, & invenietis in hac causa omnis difficultatis nodum, qui plusquam Gordius videbatur optime resolutum. Unus ergo Praelatorum aditantium assumpto libello, audientibus reliquis, clara voce, dictas lectiones legit, &c. in quibus & haec, in ordine **SEXTA.** *Non in hoc tantum seculo Ordinem tam sibi acceptum multis prerogativis beatiss. Virgo insignivit: verum & in alio (cum ubique, & potentia & misericordia plurimum valeat) Filios in SCAPULARIS Societatem relatos, qui abstinentiam modicam, precesque paucas eis praescriptas frequentarunt, & pro sui status ratione castitatem coluerint, maternoplane affectu, dum igne purgatorio expiantur, solari & in caelestem Patriam obtentu suo QUANTOCIUS pie creditur efferre. Tot ergo tantisque beneficijs Ordo (Carmelitarum) cumulatus, solemnem beatiss. Virginis MARIAE Commemorationem, ritu perpetuo ad ejusdem Virginis gloriam quotannis celebrandam instituit. Viri lectioni suae finem dederat Praelatus, cum omnes ibi praesentes, & audientes, tam Cardinales, quam Praelati uno ore dicerent, Divinae omnino Providentiae ac dispositionis opus fuisse, quod libellus huius manus & oculos eorum incurreret, manifeste se jam videre, SS. Virginem ut piam Matrem hujus causae suscepisse patrocinium; proinde vocatis Conventus Patribus, eos, ut ferventius ex hoc nunc orationibus, alijsque pijs operibus insisterent, quo patrocinium hoc Patrocinium, & potentissimum amplius promerentur, & optatum tandem causae suae (qui ex hoc nunc instare videbatur) finem tanto citius acciperent.*

Et proxima quidem consultatione, tam praefatae lectionis quam Bulla Gregorij XIII. una cum reliquis rationibus, momenti & fundamentis fuere à Patre Commissario praesentata, & ab ipsis Co-

Confirmatur Bullae Sabbatinae privilegium ex lectionibus divini officij à Sede Apostolica approbatis.

sultoribus examinata, & licet sententia definitiva mox subsecuta non fuerit; tandem tamen pientissima Matre, semperq; benedicta Virgine MARI A, ad solatium fervorum suorum, sic agente, felix illa illuxit dies, quæ sua Carmelo reddidit decora, sua Mariano Sodalitio corroboravit privilegia, sua Purgatorio servavit solatia. Fuit hæc undecima Februarij anni 1613. quo totus Carmeli Ordo sanctissimam illam Virginem, & quondam alumnam suam EUPHROSYNAM particulari Ecclesiæ officio condecorat. *Euphrosynæ* quippe nomen Græcum latinè redditum *letitiam* sonat, & quæ maior lætitia Carmelo potuisset tunc obvenire, quam illa fuit, quæ sanctæ *Euphrosynæ* dies eidem attulit: in qua videlicet Reverendissimus sacri Apostolici Palatij Magister in sanctissimæ inquisitionis palatio, autoritate Sanctissimi Domini nostri *Pauli V.* Pontif. O. M. desideratum causæ nostræ finem imposuit, promulgando decretum definitivum ac terminativum seu potius confirmatorium nostræ justissimæ antiquissimæque, prætensionis ac possessionis privilegij Sabbatini. Decreti hujus tenorem, quia supra *cap. IV. num. 98.* retulimus, hic repetere superfedemus.

TALIS ac tanta fuit in toto Lusitanix regno (ut præteream alia Christiani Orbis regna & provincias) maxime Ulyssipponæ universi populi gaudium & exultatio, ob confirmatum ab Apostolica Sede Sabbatinum privilegium, ut vix verbis exprimi queat. Et sicut incomparabilis fuerat mæstitia, quam omnes ferè sensere Fideles, maxime Carmelo-parthenij Sodales, ob suspensam ab Inquisitore Bullam Sabbatinam, ita quoque ineffabilis fuit lætitia, quam percipere de illius restitutione, ac confirmatione, quod satis superque demonstrarunt in illa anno 1613. die 16. Julij, tanto cum apparatu & pompa, celebrata Festivitate *B. V. Mariæ de monte CARMELO.* Inciderat quidem eo anno 16. Julij in diem feriale, verum ab universo Clero populoq; velut Festum aliquod Paschale, ac de præcepto cum omnimoda ab omni servili opere cessatione celebrata fuit: Processioque adeo solemnitas habita, ut illa in Urbe nostra ætate similis visa omnino non fuerit.

Hæc principium sumpsit hora prima post meridiem, per egressum è nostro Carmelit. Discalceatorum templo, cui etiam ijdem Discalceati (quod alias ex privilegio Apostolico non solent) interfuere: &

Ii 3

circa

Definitiva tandem Apostolica autoritate sententia fertur comprobatus Bullæ Sabbatinæ privilegium.

I77.

Incomparabilis Fidelium exultatio ob confirmatum Sabb. Privilegium.

Quam Solemnis ea occasione Ulyssipponæ Processio celebrata fuerit?

Non mino
celebrem à
Carmelo-
Parthenijs
Sodalibus
habitâ Ro-
mæ, licet
alia occa-
sione, re-
fert P. Gre-
gorius Na-
zianzen.
in *Adoptio-
ne Parthe-
nia Part. 2.
Cap. 19.*
Nota in nu-
merum eo
tempore
Confratrû
numerû,
in Hispania
maxime,
atq; Italia.
In *Paradiso
Carmel.
atq; 18.
Cap. 159.*

178.

circa octavam vespertinam primùm finem accepit, per ingressum Ec-
clesiæ Carmelitarum de observantia. Splendorem ejus atque appa-
tum, magnificentiam atque pompam, prorsus insolitam, atque pluri-
basilicam, compendio conscriptam, Lector reperiet apud præfatum
P. Joan. Pintum *Loc. cit. cap. 5.* Qui tradit etiam dicto supra contro-
versia tempore, reperta fuisse Romæ supra quadraginta millia Clo-
fratrum Mariani SCAPULARIS: & numerum Sodalium, qui Vio-
ponæ quinque solum annorum spatio admissi fuerant excessisse vigin-
millia. Matriti vero & Valentia in Hispania, & Neapoli in Campa-
nia, illa tempestate, ob innumeram Carmelo-partheniorum Sodalium
multitudinem, numerum eorundem iniri non potuisse.

Observat præterea idem Author, inter Romanos Sodales, et
tempore parthenium SCAPULARE gerentes, fuisse ipsum SS. Pa-
trem N. PAULUM V. & Eminentissimos Cardin. *Garciam Mellum*
Vicarium Generalem Urbis, *Aldobrandinum*, *Arigonium* Secretarium
supremæ ac generalis inquisitionis, *Farnesium*, & *Savellium*; ejusdem
Confraternitatis nostræ in Urbe Præfatos, *Ascoli* Dominicanum, *Ab-
talem*, *Tabernam*, aliosque non paucos è purpuratorum Patrum colle-
gio: quibus accenset Marcus Antonius de Casanate Reverendissimum
P. *Claudium Aquavivam* Societatis J. E. S. V. Præpositum Generalem, et
aliosq; Religionum Proceres.

LECTORI.

VERBO te volo. Incidit haud ita pridem in manus
meas Opella quædam Venerab. P. *Joannis à IESU-MARIA*
Calaguritani, in scriptâ, *Synopsis rationum, quibus Bulla Sabba-
tina privilegium asseritur: & oppositorum argumentorum re-
futatio, cum Expositione ejusdem Bullæ, ac annotationibus in ean-
dem*; quæ diligentiam effugit meâ, dum omnes postibus
ejusdem Sapientiss. P. *libros & Tractatus*, iusigni pietate, et
multiplici eruditione refertos in unum collectos ac dige-
stos Tomum, Colonia anno 1650. in lucem ederem; quæ
Operum ejus Tomum quartum constituunt, numeranturque
23. verum, quia præfatum opusc. mirificè ad rem nostram
face-

facere videtur, nostroque hic instituto apprime servire valet: & ne ullus tanti viri, ac de Ecclesia DEI, Carmeliq; Religione suis lucubrationibus optimè meriti, labor ac partus intereat (*cujus ne breuem quidem schedulam*, sic de eo, ejusq; scriptis censuit eximius ætatis nostræ Antistes, *deperire æquanimiter ferendum*) consultum duxi, illud in calce hujus secundæ partis subungere. Animadvertendum vero est, quo facilius pleniùsque, quæ hic subjiciuntur percipiantur, ven. Patrem, ea, de qua in præsentis disseruimus, tempestate, hanc opellam conscripsisse.

SYNOPSIS RATIONUM, quibus

BULLÆ SABBATINÆ privilegium asseritur.

Capita, quæ in hoc Tractatu ad sacram Theologiam, & utramq; jus pertinent, seorsum in alijs Tractatibus longioribus expenduntur, ubi probatur nihil obijci, quod Theologia, aut sacris Canonibus adversetur.

RATIO prima petitur ex ipsa Bulla Sabbatina JOANNIS vigesimi secundi, quæ licet modo non inveniatur, ob casus varios Archivi Avenionensis, suppetunt tamen tot argumenta ex jure ipso petita, ad fidem faciendam, ut à nemine in dubium revocari debeat, eo quippè ipso periret fides aliarum rerum Ecclesiasticarum, quarum originales litteræ Apostolicæ similibus ex causis deperditæ sunt, vel consumptæ, quibus tamen fides habetur, propter juris remedia, & Transumpta ad Originalium defectum supplendum destinata, eandem auctoritatem cum Originalibus habitura. Accedit ad hoc auctoritas ALEXANDRI V. qui in prædicti privilegij confirmatione ait, *se ipsum Originale vidisse, ac diligenter inspexisse, & profectò unius summi Pontificis assertum*

179.

tum per Ecclesiam evulgatum, ad fidem Originalis astruendam, magni ponderis est.

Ratio secunda ex confirmatione summorum Pontificum ALEXANDRI V. & CLEMENTIS VII. qui certè CLEMENS Bullam prædictam non modo approbat, & innovat, sed, si opus est, denuò concedit. Adest & approbatio PII V. & GREGORII XIII. *ex certa scientia*. Ecce quatuor summorum Pontificum confirmatio: cujus secundum jus est duplex effectus: alter supplere defectus antecedentes, alter remove necessitatem exhibendi Originalia, quod utriusq; Jurisconsultis benè compertum est.

Ratio tertia ex consuetudine antiqua, summis Pontificibus scientibus & consentientibus non solum nota, sed grata, & (quod fortius est) expressè ab ipsdem approbata. Quæ, quantam in jure vim habeat, exploratum est, cum consuetudo Principibus nota, & probata vim legis obtineat, & perinde sit talis consuetudo, ac si expressis verbis de eadem re lex lata fuisset.

Ratio quarta ex titulo præscriptionis immemorialis, cujus sunt multiplices effectus. *Primo* enim (ut jurisconsultis perspectum est) excludit omnem actionem contra rem præscriptam. *Secundo* habet vim assensus superioris. *Tertio* ipsa est titulus, vel ita efficax, ac si titulus esset. *Quarto* habet vim Privilegij à Principe concessi. Quocirca vel sola sufficere posset ad prædicti Privilegij confirmationem, cum sit trecentorum circiter annorum bona semper fide decurritium.

Ratio quinta ex titulo pacificæ possessionis, pro qua, si antiqua sit, stat præsumptio veritatis, ita ut pro titulo rei possessæ, ipsa possessio antiqua habeatur (quin & privilegio æquiparetur) possessio autem pacifica dicti Privilegij per trecentos ferè annos procurrit, ut jam in titulo præscriptionis assertum est.

Ratio sexta componitur ex communi sententia Doctorum Academicæ Salmanticensis, qui de re hac interrogati, Bullam Sabbatinam bene exploratam concorditer approbarunt, ex autoritate quoque Episcoporum, & Inquisitorum, qui in diversis Christiani Orbis partibus illam examinarunt, concesseruntque, ut typis mandaretur imitatio, qua prædictum Privilegium expressum est.

Ratio septima ex occasione malè opinandi de summis Pontificibus,

bus, si prædictum Privilegium reprobaretur: excitarentur enim non solum animi, sed & linguæ multorum, ut malè opinarentur de multis summis Pontificibus prædicti Privilegij confirmatoribus, quasi fefellerint populum Christianum, dum res falsas confirmarunt, & varias indulgentias prædicari, typis mandari, in ipsa alma Urbe insigni Societatis, seu Confraternitatis beatissimæ Virginis MARIÆ de Monte Carmelo, cum Privilegio depicto circumferri, & in Ecclesijs ipsi pingi permiserunt. Etenim, si hæc falsò nituntur fundamento, non crescet Catholicorum æstimatio erga pietatem, & rectam gubernationem Ecclesiæ, quæ de summis Pontificibus habenda est.

Ratio octava ex hæreticorum maledicentia. Quomodo enim hæretici non pejus de Pontificum dignitate & providentia sentient, & loquentur, si res antiquas, pias, probatas, & confirmatas à multis Pontificibus audiant nunc impugnari, & à summo Pontifice reprobari? Profecto ex hac occasione pejores fient, & licentiùs detrahent, & Sedem Apostolicam, universamque Ecclesiam, quasi per annos trecentos in re gravi seductam deridebunt.

Ratio nona ex scandalo Confratrum. Constat scilicet per universam Ecclesiam, Societatem beatiss. Virginis de Monte Carmelo prædictæ Bullæ Privilegio allectam, esse numerosissimam, ac plurima opera pia ea de causa exercere; per singulas quippe hebdomadas ferijs quartis, & Sabbatis plurima ex utroque sexu millia hominum à carnibus abstinent, continentiam peculiarem curam gerunt, preces Canonicas persolvunt, Sacramenta & alia pietatis opera frequentant. Quis ergo non videat, grave scandalum imminere, graveque damnum inferri populo Christiano, si prædictæ Bullæ Privilegium infirmatur, cum tot, tantaque opera pia ex pia fide Privilegij dependeant? Ad hæc quo dolore afflictabuntur, qui totius vitæ suæ decursu, pia Privilegij fide subnixi, assueverunt abstinentiæ, & precibus in beatiss.

Virginis cultum directis, si audiant se falsa credidisse? Profecto scandalum satis grave videtur, quod præcaveri debeat.



OPPOSITORUM ARGUMENTORUM RESOLUTIO.

Subiecta argumenta in alijs Tractatibus longioribus exactius expenduntur & refelluntur.

180.

P R I M U M Argumentum tres continet partes, in quarum prima obijcit quidam Theologus, Bullã esse fictitiã, ex absurditate promissionis D. Virginis, dum ait: Ego Mater gr̃iose descendam Sabbato post eorum obitum, & quotquot inveniam, liberabo, & eos in montem sanctum vite aeternae deducam. Ubi de descensu ad purgatorium loquitur. Nec potest explicari de descensu mystico, quia, descendam, inveniam, liberabo, innuunt descensum realem. Hęc est prima argumenti pars.

R E S P. Non esse absurdam D. Virginis promissionem, quia descensus ille est moralis, tametsi congruant verba descensui reali: quod Theologis usitatum est, dum sæpẽ eisdem verbis utuntur ad significandas causas, vel effectus reales, & morales; ut cum definiunt sub eisdem verbis per Sacramenta gratiam conferri, sive physicẽ, sive moraliter intelligatur. Sic B. Virgo dicitur descendere, liberare, &c. morali modo per effectum, seu virtutem suã intercessionis. Potest quoq; physicẽ, sive realiter accipi, sicut piẽ creditur sæpẽ ad terram descendisse. Neq; obstat, quod tunc abesset à curia cœlesti, id quippe non efficaciter infertur, cum probabilis Theologorum opinio sit, idem corpus esse posse circumscriptivẽ in pluribus locis. Verum prima descensus interpretatio etiam vulgò familiaris est: ut cum dicimus summum Pontificem pium, ac liberalem, in carcerẽ passim descendere, vinctosq; liberare, non scilicet corporis, sed elementarũ descensu.

In secunda parte argumenti sic ait: Tum, quia Pontifices solent uti in suis Bullis, verbis in sensu proprio, & non metaphorico.

Resp. primò, si hoc universẽ intelligatur falsum esse, ut ex multis Bullis evincitur. Resp. secundo familiare esse Prophetis, & ijs, qui revelationes describunt, metaphoricẽ loqui, ut ex Apocalypsi, & multis alijs Sanctorum libris patet. Profectò, qui visa divina referant, sæpẽ inducunt Christum, vel B. Virginem, vel sanctum tutelã

Videantur
quæ de
hoc dixim⁹
supra Cap.
13. n. 161.
& seq.

rem dicentem : *Ego te visitabo , ad te revertar , ad te descendam ,* aliaq; similia , quæ à Theologis , rerum spiritualium benè peritis , non de reali descensu , aut reditu necessario accipiuntur , sed de morali descensu æque intelligi solent , quando scilicet Christi , aut B. Virginis virtutem peculiari sensu viri pij percipiunt.

In tertia parte argumenti sic ait : Tertio , quia auxilium specialium precum suarum piè credimus ipsam B. Virginem præstare omnibus suis devotis , & non solum Fratribus istis.

Resp. Verum esse , quod obijcitur : at non esse ad rem de qua agitur . Non enim omnibus , quibus B. Virgo specialibus favet precibus , facta est ea promissio , quæ specialius quoddam Privilegium est.

Secundum Argumentum sic habet : Secundo probatur ex falsitate alterius promissionis D. Virginis ad Joannem , dum ait , (*a tuo te eripiam adversario*) de quo adversario loquitur hic ? Non de dæmone : nescimus enim , utrum ab isto fuerit liber . Non de Nicolao , scilicet Antipapa , quia iste jam erat mortuus ante annum quintum *Ioannis* , & Bulla expedita fuit anno sexto . Non de Bavaro , quia iste vixit multos annos post mortem *Ioannis* : Ergo falsa est ista promissio.

181.

Resp. Promissionem verè impletam esse . Nam quod attinet ad Antipapam , *Ioannes* illum coniecit in carcerem , ubi interiit : non ante annum quintum , (ut obijcitur) sed post annum decimum quintum , ut Platina , *Ioannes Villanus* , & alij : fuit liberatus à Bavaro , qui ob calamitates multas , relicta Italia , secessit in Germaniam ; fuit denique (ut piè creditur) liberatus à dæmone , utpote is , de cujus pietate , constantia , prudentia , & doctrina Scriptores multa prodiderunt , quæ tanti viri salutem piè credendam evincunt.

Tertium Argumentum continet partes duas . In prima sic ait : Tertio ex illa propositione erronea , quod , (*qui sanctum intrabit Ordinem* , scilicet Carmelitarum , *salvabitur* .) tunc namque nullus Carmelita damnaretur . Glossant : intrabit , & servanda servabit . At Glossa hæc non facit ad solutionem , quoniam ista servanda sunt , vivere in obedientia , paupertate , & castitate , quæ tria sunt in altero disjunctivo membro (*qui in sancta perseveraverit obedientia , paupertate & castitate , vel sanctum intrabit Ordinem , salvabitur* .) En , quod per solum Ordinis ingressum valent salvari , cum cætera omnia observanda reducantur ad illa tria , sine quorum trium observantia non possent profectò salvari.

182.

K k 2

Resp.

Resp. Sinceram & textui benè congruentem interpretationem verborum illorum, quæ obijciuntur, esse hanc: *Qui in sancta perseveraverit obedientia, paupertate, & castitate, salvabitur*; quod de Professis, qui vota solemniter emisissent, & perseveranter observârunt intelligendum est. Illa verò verba, *vel sanctum intrabit Ordinem*, accipienda sunt de Novitijs, qui nec vota emisissent, nec ad proprium statum Monasticum, qui sine votis non consistit, pervenerunt, sed sunt in quodam Religionis ingressu. His tamen promittitur salus, nimirum, si servanda servant. Neque obstat, quod inter servanda numerentur tria illa posita in altera parte disjunctivè, quia ratio est longè diversa: nam in prima parte ponuntur illa tria, ut per votum DEO consecrata, atque ita ex voto ad salutem necessaria in Professis. In secunda verò parte subintelliguntur, ut opera supererogationis nondum ex voto debita, qualia congruunt Novitijs. Quod autem illa verba (*qui sanctum intrabit Ordinem salvabitur*,) intelligi debeant servatis servandis, ex usitato sacræ scripturæ more patet, ubi sæpe salus promittitur alicui actui, vel operi, cum quo solo, si nihil addatur, salus consistere non potest. Ut *Marci* ultimo: *qui crediderit & baptizatus fuerit, salvus erit*. Hæc de prima parte.

Secunda pars argumenti sic se habet. Amplius, meminimus alias audivisse, dici à probatis Theologis: nulla ferè propositio est adeo hæretica, quin per aliquam distinctionem, & Glossam non possit ad sensum reduci Catholicum, sed Superiores nostri optimo jure animadvertere consueverunt, ne pronuncientur à quopiam ita simpliciter, & nudè propositiones illæ, quæ prima sua facie malè sonant, ut ista.

Resp. primo. Non minus frequenter à viris peritis dici, nullam propositionem esse adeo Catholicam, quæ ab ijs, qui sunt ingenio ad impugnandum proclivi, non soleat sub aliqua distinctione impugnari, ex hoc tamen nihil obtinet impugnator in præsentis causa.

Resp. secundo propositionem Bullæ in argumento factam, non esse ex illarum numero, quas Superiores reprobarunt, aut reprobare potuerunt. Quoniam propositiones, quæ dicitur aliquam primam faciem præferre videntur, si sint sacræ Scripturæ, sanctorum Patrum, Antiquorum, & graviorum doctorum semper solent, & debent piè exponi, non verò damnari. Hujusmodi verò est propositio B. Virginis allegata, à multis summis Pontificibus,

cibus, alijsque Superioribus approbata, antiqua, & semper à viris pijs
piè credita, & intellecta.

Quartum Argumentum. In quo obijcitur varietas Transumptorum
in hæc verba. Bulla Ferrariensis incipit, *Ut Sacratissimi montis*, Sum-
marium Mediolanense, *Sacratissimo uti culmine* II. Bulla Ferrariensis
demonstrat visionem factam fuisse *Ioanni* postquam erat Papa: Floren-
tina autem antequam esset Papa. III. Summarium Florentinum ait:
*Ho visto la devotione, che tu mi porti, pero ti farò ascendere nel piu alto stato del-
la Chiesa:* de hoc autem nihil habetur in Bulla Ferrariensi. IV. Bulla
Ferrariensis dicit, quod hæc gratia obtinebitur, castitatem promit-
tendo, &c. quæ promissio videtur quoddam votum, Summarium
autem Florentinum dicit, quod Confratres servent puritatem status
sui. V. Summarium Florentinum dicit, quod Confratres teneantur
dicere horas Canonicas secundum ritum Carmelitarum: Ferrarien-
se autem ab hoc onere eos eximit.

183.

Resp. Virum istum esse dignum excusatione, quia Transumpta
antiqua non vidit, quæ conformia sunt, & habentur in promptu, ut
veritas ex eorum collatione pateat: Summaria nihil obstant, cum non
sint ipse textus Bullæ, sed compendia, pro vario observatoris intel-
lectu diverse composita. Diversitas quoque opinionum in exposi-
tione Bullæ, quoad onera, quæ Confratribus imponuntur, nihil ob-
stat, alioquin obstaret veritati diversitas multiplicis interpretationis
in eodem textu juris, quin & ipsius Sacræ scripturæ.

Quintum Argumentum sic habet: Quinto ex stylo Bullæ: Stylus
enim *Ioannis* vigesimi secundi est valde gravis, ut videre est in corpo-
re juris: hujus autem Bullæ est satis levis, & vulgaris. Quare primo
contra morem sacrorum Canonum appellat Confraternitatem sæcu-
larium titulo *Religionis & Ordinis*, quando dicit, *Sanctam ingredientur Re-
ligionem, præfatum intrabunt Ordinem.*

184.

Resp. Stylum insolitum esse, ut sic occasione & affectui *Ioannis* con-
gruat insolito. Quocirca mirum non est, si *Ioannes* à seipso alia scri-
bente discrepet: animus quippe divino sensu, & affectu emollitus ser-
monis simplicitatem eloquentiæ præponit, ut videre licet in multis
Patribus, qui dum flagrarent devotionis sensu, pia opuscula simplicius
scripserunt, quam reliqua opera; quin etiam, & in alijs operibus,
cum possent ornatè loqui, Barbarismis à consilio usi sunt, ut ex uno

Gregorio periti Theologi norunt, quod pietati adscribendum est. Huc accedit efficax ratio, quod *Ioannes* non ut author sermonis, sed ut receptor, aut relator, refert non modo visionem, sed verba quoque B. Virginis, quæ mutare non debuit: immo debuit verba, quæ ipse adiecit, stylo ejusdem Virginis aptare: quod certè pietati, & pio affectui consentaneum est. Ad alia, quæ obijciuntur, *Resp.* Nihil obstat quod B. Virgo Confraternitatem secularium appellet Religionem, nam & totus populus Christianus, Theologicè agendo, eo nomine potest, & solet nuncupari; præterquam quod verba proximè antecedentia, & subsequenter Virginis sensum exponunt, dum sic legitur: *si alij devotionis causa in sanctam ingrediantur Religionem, sancti habitum solum ferentes, appellantes se Confratres & Consores mei Ordinis, &c.* ubi sententia planior est, quàm ut expositore indigeat. Accedit, quod Confratres varijs in Provincijs, se Religiosos appellant, passim dicentes, *Ego sum Religionis sancti Dominici: Ego sancti Francisci.*

Argumentum procedit ulterius, per hæc verba: secundo dicitur *Fratres verò professi dicti Ordinis à supplicio solvantur & culpa*, ubi *supplicium*, ponitur pro pœna, quod sacris Canonibus videtur insolitum. Appellat etiam eos professos in primo die eorum ingressus.

Resp. Ad primam objectionis partem, magis discrepare culpam à pœna quàm supplicium à pœna, & tamen Sacra scriptura utitur nomine culpe ad significandam pœnam, ut *2. Machab. 12.* ubi dicitur, *sanctam cogitationem esse pro defunctis exorare, ut à peccatis (hoc est à pœnis) solvantur.* Quà etiam phrasi Ecclesia utitur in concedendis indulgentijs: v. g. tertie, vel quartæ partis peccatorum: præterquam quod re Theologicè perpensâ nihil obstat pœnam purgatorij dici supplicium, sicut & tormentum. Ad secundam partem dicitur falsum esse, quod obtenditur, ut patet intuitu textum Bullæ, in qua tres status aperte distinguuntur, unus professorum, alter ingredientium Religionem, sive Novitiorum, alius Confratrum.

Procedit adhuc argumentum in hunc modum: fit quædam proportio inproportionata Carmeli montis materialis, cum Paradiso celesti dicendo: *Sic ille reputatur locus de Carmelo mons* (Ordo videlicet Carmelitarum, *cantibus extollendo, & hanc gratiarum Genitricem commendando &c.* quibus verbis nulla metaphora potest commodè applicari, & sine metaphora nullo modo potest intelligi.

Resp.

Resp. Verbis Bullæ fideliter relatis contineri aptam metaphoram. Sic enim textus habet: *Sic ille mons reputatur de Carmelo Ordine, cantibus extollendo, & hanc gratiarum Genitricem commendando &c.* Quorum verborum sensus est, Quemadmodum Chorus Angelorum non cessat dicere, *sanctus, sanctus, sanctus &c.* Sic ille mons reputatur, id est, tanquam alter Chorus Angelorum. Patet autem hinc non de monte materiali, sed de gente divinis laudibus dedita, sermonem fieri, quapropter subjunguntur illa verba, de Carmelo Ordine, qui certè Ordo, ex viris Angelico more viventibus, apta proportionem Chorum Angelorum repræsentat.

Procedit ulterius argumentum in hæc verba: Pontifices in suis Bullis, post expositionem causæ, solent aliquid statuere: hic autem nihil videtur statui, sed tota Bulla expenditur in narratione visionis.

Resp. Non expendi Bullam totam in sola narratione, nam ipse objector inferius dicit: & demum subjungit Pontifex: *istam indulgentiam ego accepto*: quæ quidem verba ad narrationem minimè pertinent. Nescio autem cur tacuerit sequentia, ex quibus apertè veritas elucescit: sic enim textus habet: *Roboro, & confirmo in terris, quemadmodum IESVS Christus concessit in caelis.* Ecce Pontificis confirmationem, quæ extra narrationem est.

Procedit deniq; ac finitur quintum argumentum, his verbis: Demum subjungit Pontifex: *istam indulgentiam ego accepto.* Cur non loquitur Pontifex in plurali, ut solent Pontifices facere in Bullis.

Resp. Olim non fuisse usq; adeò exactè observatum hunc morem loquendi semper in numero plurali; & licet is mos semper viguisset, suberat peculiaris causa sic loquendi de re cælitus accepta, quæ cum à Christo concessa fuisset in cælis, decuit, ut ejus Vicarius humillimis verbis eam confirmaret, & expediret in terris.

Sextum Argumentum ex modo approbandi visionem absq; venerabilium Fratrum suorum consensu, in quo magnum jactantiæ specimen præbuisset, & posset errare quatenus homo, cum hæc sit quæstio de facto.

Resp. Argumentum hoc ex communi jurisperitia refutari, cum falsum sine probatione asseratur; oppositum potius ex jure supponendum est. Nam in rebus antiquis, etiamsi non exprimantur cæremoniæ juris, semper tamen, factæ præsumuntur, ut est communis Doctorum

185.

rum sententia. Ad illud verò, quod ait, Pontificem potuisse errare in hac quaestione de facto, respondetur, in ea quaestione, quò quis melior Theologus, eò modestius loqui. Et quidquid de controversia facti dicatur, certum videtur in hac visione, errorem nullum vel speculativum, vel practicum subesse, ut ex omnium argumentorum solutione perspicui potest.

186.

SEPTIMUM Argumentum est prolixum & leve, cujus compendium est, Bullam infirmari à causa frivola: Si enim (ut ille objicit) quis petat à Carmelitis, quare B. Virgo tantum privilegium eis concesserit? respondent, quia gestant Scapulare castaneum Ordinis, quo colore induta fuit beatiss. Virgo: quod est falsum, à quia vetus habitus Carmelitarum erat albus, ut testatur Morigia.

Resp. Hoc argumentum nihil habere ponderis: assumpsit quippe falsum, Carmelitas scilicet asserere causam Privilegij esse gestationem Scapularis castanei sive fusci, nemo enim è doctis, prudentibusq; Carmelitis id unquam asseruit, sed causam concessionis Privilegij in divinam electionem refert: congruentiam verò quandam non soli Scapularis gestationi, sed alijs plurimis pijs operibus ad B. Virginis cultum directis assignat. Quod allegat ex Morigia l. 1. c. 30. falsum est; tam enim hic Author in fine ejusdem capituli, quam alij perit pallium album, sed tunicam, & Scapulare coloris nativi, quæ alij griseum, alij castaneum vulgò appellant, Carmelitis antiquè tribuunt. Quod verò B. Virgo utroq; colore nativo albo, & griseo subnigro induta incesserit, piè creditur: tum ex ratione, quia decuit B. Virginem non uti colore artificiali: tum ex autoritate, quia Epiphanius, Bernardus, Nicephorus, & alij ajunt vestes illius fuisse nativi coloris. Apud B. autem Brigittam lib. 7. Revelationum cap. 21. distinctè habetur, exteriorem vestem B. Virginis fuisse albam, tunicam tamen interiorem griseam, seu fuscam fuisse, piè, & congruenter creditur, cum ad obsequia domestica, quæ humillimè exercebat, multò aptior esset.



TRANSMPTUM AUTHENTICUM

187.



ULLÆ Sabbatinæ Romæ in Transpontina asservatum, ante annos centum sexaginta septem descriptum ex Transumpto authentico Bullæ ALEXANDRI V. in qua ad verbum prædicta Sabbatina refertur, quàm ipse ALEXANDER fatetur se vidisse, ac diligenter inspexisse. Hic notandum ex injuria transcribentium irrepsisse pauca quædam errata in aliquot locis, quæ tamen sensum non vitiant. Prænotandum etiam, incuriam vel neglectum interpunctionis in causa fuisse, ut verba minus benè in aliquot locis cohæreant: quod in scripto tam antiquo, & ipsa vetustate alicubi deformato, mirum non est. Prænotandum deniq; stylum esse insolitum, ut congruat rei insolitæ, & consuetudini Sanctorum, qui dum revelationes, piosq; affectus describerent, simplici sermone à consilio uti sunt: præterquam quod JOANNES hic non solum sententiam, sed verba quoq; B. Virginis referre voluit, quibus debuit sua verba coaptare.

EXPOSITIO.

A. *Ioannes Episc. &c. est præfatiuncula solita in litteris hujusmodi Apostolicis.*

B. *Vt prædictum est. Scilicet in Transumpto Bullæ ALEXANDRI V. in qua habetur inserta hæc Bulla Ioannis ad verbum. Cum ergo, qui transcripsit, posuisset præfatiunculam ALEXANDRI, in eodem Transumpto noluit eam repetere, sed dixit, ut prædictum est, &c.*

C. *Ut in sacratissimo culmine Paradisi, tam suaviss & dulcis reperitur Angelorum melodia, in modulamine visionis (hoc est, in cannu, qui celebratur in visione DEI) dum IESVS paterno Numini (hoc est, Patris Deitatis) circumspicitur (hoc est, videtur à Beatis, quasi Regiam majestatem circumstantibus) adunatus (hoc est, unum in Deitate cum eodem Patre existens) dicendo: Domine (correctior lectio est DICENTE DOMINO) Ego & Pater*

TEXTUS BULLÆ. ANNOTATIONES.

A. *IOANNES Episcopus, Servus Servorum DEI, universis, & singulis Christi Fidelibus &c. B. Vt prædictum est &c. C. SACRATISSIMO uti culmine Paradisi, Angelorum tam suaviss & dulcis reperitur melodia, modulamine visionis, (dum paterno IESVS Numini circumspicitur adunatus, dicendo: Domine, Ego & Pater unum sumus,*
LI

C. Proportio inter cælestem Curiam,

unum sumus, & qui videt me, videt & Patrem meum.

D. Et (ut) Angelorum non desinit Chorus dicere, sanctus, sanctus, sanctus, (ut inquam hoc agit Angelorum Chorus in cælo erga DEUM,

E. Ita Synodus (hoc est Cætus, conventus, concilium Curiaæ cælestis) non cesset (optantis significatio est) laudes effundere celsæ Virgini, dicendo, Virgo, Virgo, sis speculum nostrum, (quod intueamur) pariter & exemplum (quod amando DEUM imitemur) Ratio ipsa persuadet, Ioannem voluisse his verbis exprimere affectum ardentissimum erga Virginem: propterea cupit cætum Beatorum acclamare Virgini cantico quodam simili Seraphico cantico, quod Græci *Τρισάγιον*, id est, *ter sanctum* appellant. Reddit autem rationem appositam.

F. Quoniam munere munitur gratiarum (esse veluti Turrim gratijs munitam, idonea ratio est, ut ei acclametur.) Sic sancta canit Ecclesia: MARIA gratia plena, & Mater misericordia, (hoc est, sic Ecclesia congruit Curiaæ cælesti, dum cantu suo cælesti Curiaæ consonat, fateturq; Virginem esse plenam gratia, Matremq; misericordia.)

G. Sic (hoc est, in eum modum, quo dictum est de Cætu Angelorum) ille mons reputatur de Carmelo Ordine, Cantibus extollendo, & hanc gratiarum Genitricem commendando, & dicendo: Salve Regina, Mater misericordia & spes nostra. (similitudo satis perspicua est: Cætus quippe Monachorum ad laudes divinas celebrandas sociatus cælesti Curiaæ simillimus est.) Hucusq; Pontifex suum erga Virginem affectum, & bonam Carmeli æstimationem exposuit.

H. Sic (scilicet ut mox dicam)

& qui videt me, videt & Patrem meum.) D.

Et Angelorum non desinit Chorus dicere, sanctus, sanctus, sanctus; E. Ita Synodus non cesset laudes effundere celsæ Virgini dicendo, Virgo, Virgo, sis speculum nostrum pariter & exemplum;

F. Quoniam munere munitur gratiarum, sic sancta canit Ecclesia: MARIA gratia plena, & Mater misericordia.

G. Sic ille mons reputatur de Carmelo Ordine cantibus extollendo, & hanc gratiarum Genitricem commendando, & dicendo, Salve Regina, Mater misericordia, & spes nostra.

H. Sic mihi flexis ge-

e. Synodus hic etiam potest accipi pro Ecclesia militante, ut sit proportio inter Ecclesiam triumphantem, & militantem, & jusq; partem insignem, hoc est, Ordinem Carmelitarum.

G. Et Religionem Carmelitarum.

H. Testatur mihi

mibi flexis genibus supplicanti Virgo visa fuit Carmelita, (hoc est, Virgo appellata de monte Carmelo) sequentem affata (fortasse EFFATA) sermonem.

I. O Joannes, O Joannes Vicarie mei dilecti Filij, (ex hoc patet à Joanne jam Christi Vicario Virginem visam fuisse.)

L. Veluti (hoc est, ut ego,) à tuo te eripiam adversario, (scilicet Antipapa, seu Bavaro, seu Dæmone, seu omnibus &c. (Et ut) te Papam facio, (correctior lectio est Feci, ut requirit ipse contextus) meis adjuvantibus supplicationibus Filio meo petrus, correctior lectio est, A FILIO MEO PETENS, quod gratiosè obtinui.

M. Ita gratam, & amplam meo sancto, ac devoto Carmelitarum Ordini confirmationem debeas preconcedere, (fortasse PIE CONCEDERE,) per ELLIAM & ELISEVM in monte CARMELI inchoato.

N. Quod unusquisque, qui professionem faciens Regulam à meo seruo Alberto Patriarcha (Jerosolymitano) ordinatam observabit, & inviolatam obtinebit, & per meum dilectum filium Innocentium (scilicet quartum) approbatam.

O. Debeas in terris assentire (illi scilicet decreto) quod in calce meo statuit semel, & ordinatus filius (asseritur.

nibus supplicanti Virgo annes à se visam visa fuit Carmelita, sequentem affata sermonem. I. O IOANNES!

O IOANNES! Vicarie mei dilecti Filij, L. Veluti à tuo te eripiam adversario, te Papam facio, & Filij mei Vicarium, meis coadjuvantibus supplicationibus dulcissimo Filio meo petitis, quod gratiosè obtinui.

M. Ita gratam & amplam meo sancto, ac devoto Carmelitarum Ordini confirmationem debeas preconcedere, per ELLIAM & ELISEVM in monte CARMELI inchoato;

N. Quod unusquisque, qui professionem faciens Regulam à meo seruo Alberto Patriarcha ordinatam observabit, & inviolatam obtinebit, & per meum dilectum filium Innocentium approbatam, ut verus Filij mei Vicarius,

O. debeas in terris assentire, quod in

Ll 2

I. Nempè jam erat Pontifex.

L. Monet à beneficijs collatis, ut mandata exequatur.

M. Explicat B. Virgo quid à Ioanne in signum gratitudinis requirat.

N. Exprimuntur Professi, ut pars nobilior; sed idem de alijs sentiendum quoad hoc Privilegium, sive indulgentiam.

O. Concessio est opus Christi, Indul-

Indulgentiæ, seu Privilegij author, & concessor.)

P. Quod, qui in sancta perseverabit obedientia, paupertate & Castitate (scilicet, ut Religiosus professus) vel qui sanctum intrabit Ordinem (scilicet, ut Novitius) salvabitur (si scilicet uterque omnia necessaria observet) Sacræ scripturæ phrasis est, qualis illa Marci ultimo: qui crediderit, & baptizatus fuerit, salvus erit, scilicet, si necessaria omnia præster.)

Q. Et si alij devotionis causa (scilicet non causa mutandi status) in sanctam ingrediantur Religionem (hoc est, Societatem, seu Confraternitatem, ut patet ex verbis subsequentiis) sancti habitus signum ferentes, appellantes se Confratres & Conforores mei Ordinis prænominati, liberentur, & absolvantur à tertia eorum peccatorum portione, à die, quo prædictum Ordinem intrabunt, (hoc est, à die, quo inter Confratres scribentur) (quæ sequuntur observando.)

R. Castitatem, si vidua est, promittendo: Virginitatem (scilicet observandæ) si virgo est, fidem præstando: si conjugata, inviolati conservationem matrimonij adhibendo (scilicet, saltem per propositum) ut sancta Mater imperat Ecclesia, (scilicet conjugatis.) Antequam quæstio est, debeatne castitas promitti, an solummodo proponi? utrumque probabiliter asseritur, & quidem promissio, seu propositum confert ad absolutionem à tertia peccatorum parte tunc obtinendam, Observatio vero castitatis subsequens, confert ad consequendam indulgentiam primi Sabbati post obitum.

S. Fratres professi (ut qui majora præstant) supplicio solvantur & culpa. (hoc est, plenissimam indulgentiam consequantur.) phrasis est similis ijs,

calis meus statuit semel, & Ordinavit Filius. P.

Quod, qui in sancta perseverabit obedientia, paupertate, & castitate; vel qui sanctum intrabit Ordinem salvabitur.

Q. Et si alij devotionis causa in sanctam ingrediantur Religionem, sancti habitus signum ferentes, appellantes se Confratres & Conforores mei Ordinis prænominati, liberentur, & absolvantur à tertia eorum peccatorum portione, à die quo prædictum Ordinem intrabunt. R. Castitatem, si vidua est, promittendo: virginitatis, si virgo est, fidem præstando: si conjugata inviolati conservationem matrimonij adhibendo, ut sancta Mater imperat Ecclesia:

S. Fratres Professi dicti Ordinis supplicio solvantur & culpa.

fed impetratio est opus B. Virginis.

P. Decretum Christi, & decreti expresse quoad Professos & Novitios

Q. Decretum expressio quoad Confratres,

R. Hæc Confratribus promittenda sunt, vel firmiter proponenda, ut à die ingressus à tertia parte peccatorum absolvantur.

S. Hæc est Professorum indulgentia, qualem universis quibus

quibus in subleis, seu plenissimis indulgentijs Ecclesia utitur, excepto nomine supplicio, quod pro pœna positum est. Nihil tamen Theologicè obstat.

T. Et præterea, die quo ipsi à seculo recedunt (omnes prædicti, scilicet justii Professi, Novitij, & Confratres, ut est communis interpretatio) perpetrato gradu (legendum PROPERATO gradu) accelerant Purgatorium (cujus ratio est, quæ sequitur) Ego Mater gratiosè descendam, Sabbato post eorum obitum, & quot inveniam in Purgatorio liberabo, & eos in montem sanctum Vita aeterna reducam. (Descensus hic virtutis nō corporis est, quemadmodum pius Princeps, qui missis quotidie elemosynis, quibus pauperes solatur, ad pauperum domos descendere, eosque à miserijs liberare, satis aptè dicitur, si autem corporis descensus asseratur, nihil Theologicè obstat, si B. Virgo velit: ipsa autem se velle apertè demonstrat, dum se descensuram pollicetur.)

V. Verum (volo) quid ipsi Confratres, & Conforores (non agit de Professis, aut Novitijs, qui majora præstant) teneantur Horas dicere Canonicales, ut opus fuerit, secundum Regulam datam ab Alberto.

X. (Et) illi, qui ignari sunt debent vitam jejunam ducere ijs diebus, quos acra jubet Ecclesia, nisi necessitatis causa alicui essent traditi impedimento. Hæc jejunia alias debita partim conferunt, ad lucrandam indulgentiam ad eum finem directa, & à B. Virgine acceptata, cui doctrinæ nihil Theologicè obstat, sed additur abstinencia subsequens alias minimè debita.

Y. Præterea Mercurio & Sabbato (debent Confratres & Conforores) à carnibus abstinere, præterquam in mei Filij natiuitate. Non exigitur jejunium,

T. Et die, quo ipsi à seculo recedunt, & perpetrato gradu accelerant Purgatorium, Ego Mater gratiosè descendam Sabbato post eorum obitum, & quotquot inveniam in Purgatorio liberabo, & eos in montem sanctum vita aeterna reducam.

V. Verum quod ipsi Confratres & Conforores teneantur Horas dicere Canonicales, ut opus fuerit, secundum Regulam datam ab Alberto. X. Illi, qui ignari sunt, debeant vitam jejunam ducere ijs diebus, quos sancta jubet Ecclesia, nisi necessitatis causa alicui essent traditi impedimento.

Y. Mercurio & Sabbato à carnibus abstinere, præterquam in mei Filij natiuitate.

sè statuit S. Th.

2. 2. quest. 189.

4. 3. ad 3. de Profess. sed hic à B. Virgine specialiter asseritur.

T. Accelerant purgatorium, quia non procurrat ultra Sabbatum.

V. Præscribit Confratribus opera ad consequendam indulgentiam Sabbati primi post obitum, sicut præscripsit ad obtinendam remissionem tertie partis peccatorum à prima die ingressus in Societatem.

sed abſtinentia à carnibus, neque obſtat, quod in Sabbatis univerſi Catholici abſtinent à carnibus, conſtat enim in aliquibus Hiſpaniæ provincijs, porcinum cerebrum, cervices, & alias ſimiles animalium partes in Sabbatis comedi, à quibus abſtinendum eſt ad indulgentiam hanc aſſequendam.

Z. Et hoc dicto emanavit ita Viſio. (alia lectio habet) emanavit iſta Sancta Virgo.

A. Iſtam ergo ſanctam indulgentiam accepto, roboro, & in terris confirmo, ſicut propter merita Virginis Matris gratioſè Ieſus Chriſtus conceſſit in calis. (Tria verba notanda accepto, roboro, confirmo) ſi autem legatur accepto robore, ſenſus eſt, Joannem robur è cælo accepiſſe, ſeu roboratum fuiſſe ad indulgentiam confirmandam. Utitur autem verbo confirmo, ſupponens indulgentiæ affirmationem, ſeu conceſſionem à Chriſto virginis precibus factam.

B. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ indulgentiæ, ſeu ſtatuſ, & ordinationis irritare, vel ei auſu temerario contraire; ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis DEI, & B. Apoſtolorum Petri & Pauli ſe noverit incurſurum.

C. Datum Avenioni die 3. Martij, Pontificatus noſtri anno 6. alij legunt, anno 1.

Z. Et hoc dicto emanavit iſta viſio.

A. Iſtam ergo ſanctam Indulgentiam accepto, roboro, & in terris confirmo, ſicut propter merita Virginis Matris gratioſè IESVS Chriſtus conceſſit in calis.

B. Nulli ergo hominū liceat hanc paginam noſtræ Indulgentiæ, ſeu ſtatuſ, & ordinationis irritare, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis DEI, & BB. Apoſtolorū Petri & Pauli ſe noverit incurſurum.

C. Datum Avenioni die 3. Martij, Pontific. noſtri anno 6.

A. Confirmatio ſive conceſſio Pontificiæ indulgentiæ à Joanne facta.

B. Clauſula generalis & ſolita.

C. Dies expeditionis.

Obſervandum hic, quæ ſint multa, quæ requiruntur, ad indulgentiam hanc conſequendam; Geſtatio ſcilicet Scapularis, preces, cultus caſtitate, & abſtinentia à carnibus &c. Profectò hæc, cum per totius vitæ curſum excutenda ſint, multò ſunt plura ac graviora, quàm quæ ad quamvis indulgentiam pleniffimam in forma Jubilæi Eccleſiæ requirat. Quocirca minime mirum eſt, ſi Sabbato poſt obitum primò liberentur à pœna Purgatorij, qui per Jubilæum, ſive Indulgentiam plenariam minus gravati, in ipſo mortis articulo abſolverentur.

P A R S